Actus DD. Capituli
Vilnensis.
Ab Annô 1533 a 31. 7bris
Ad Annum 1546 ad Maij. 10
Nicolao de Lomsa Notario.
200. Folia habent notata.

TA
IULI
ENSIS.
533-1546.

Acta
VV. Capituli
Cathedr. Vilne
ab Año 1533
ad Año 1546
Regestrata
1753.

ab Año: 1533.
ad Annũ: 1540.

#

Supplika

Do

Przeswietne Wa Mine

od

Jmc Xdza Plebana

Zorzenskiego

1a

Сто Михаелъ Ѡлекшевичъ на
Лети & реерави.

Ниги

1533

Veris 31. Generale Autumnale Capitulum

1º Anno Domi Millesimo quingentesimo tri-
cesimo tercio Indicione Sexta Pon-
tificatus sanctissimi in chro patris domi nri domi
Clementis divina providencia Pape septimi Anno
ipius decimo, die vero Martis ultima Mensis de-
ptembris eodem in mane ad pulsum maioris Cam-
pane fuit inchoatum Capitulum generale per
Rudos ac venerabiles dominos Prelatos et Canoni-
cos infrascriptos Ibidem venerabilis dominus
Joannes Cuniczki ut et [illegible] procurator Capituli
cui interat producta citacione debite exequuta ac-
cusavit Contumacia dominorum patrum Canonicorum
et pro Capitulo generali celebrando se non represen-
tancium et in eorum contumacia ad concelebracionem Capi-
generalis sic ut in citacione prefertur iuxta statu-
ti eorum Jurati diutina ac laudabile observacionem
procedere et procedi mandari petiit Ibidem [illegible]
tinenti post publicacionem et exhibicionem citacionis
per me Nicolaum de Lonza dominorum Canonicorum Scriba
in inicio huius Capituli statuta fuerunt lecta
et ad finem ex contumacione die Mercurii perlecta
et determinata et tractatus die crastina fuerunt capti

2º Die Jovis secunda mensis octobris
Continuatur Capitulum generale per Rudos ac ve-
nerabiles dominos Joannem Andree de Valentinis
decanum Georgium Chwalczowski Cantorem Joannem
Silvium Amatum Juris utriusque doctorem Magrum
Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czirka An-
dream Stadtko Joannem Benedicti Joannem

Tom9 IIdo.

Lietuvos TSR CENTR. BIBLIOTEKA Mokslu Akademija

1533. 8bris 2.

Capitulum Generale autumnale.

Cuyczki Erasmum Eustachij, Alexandrum de Pessentis Prelatos, et Canonicos ecclie Vilnen. ad pulsum Campane capitulr congregatos

3o. Electio pro Anno futuro procur.

Eodem Capitulo, quo supra, Rndi ac venerabiles domini Prelati et Canonici ecclie Vilnen. ad pulsum maioris Campane capitulr congregati, tractantes prim de Electione procuratorum, Collectorum ac divisorum anni futuri, abrogantes Constitucionem de electione unius procuratoris in certo generali Capitulo facte, consulentes magis propter honestatem et decorem ecclie, et q sepe plurimumq accidit unum aliquando egrotare inherentes antique consuetudini divitiae observate, voluerunt, ut duo iterum procuratores, ad annum futurum eligerentur ac prim de speciali assenso et voluntate domini Georgij Chwalczowski Cantoris, et Confratris eiusdem in futurum procuratorem seu divisorem anni futuri elegerunt nominaverunt et deputaverunt inter alios tres, domini doctorem Siculum Andream Nadlor et Venceslaum Czirka de eligendo altero procuratore, tractantes mutuo inter se, unanimi eorum assenso, unum ex eis domini Venceslaum Czirka in alterum procuratorem elegerunt, et deputaverunt, ac eis claves Ciste Capitularis et Thesaurum consignaverunt, et manibus eorum tradiderunt, eiusdem procuratores sic ut premittitur electi, pro eorum labore, proventus ex Russia moe antiquo pro eqtantibus spectan habituri

Procuratores Duo, ob casum Infirmitatis.

1533. 8bris 2.

Generale Autumnale Capitulum

4° Relacio mentis, Rmi Domi Epi Vilnen per domi Ioannem Cvmczki

Item eodem Capitulo quo supra, Venerabilis, dominus Ioannes Cvmczki, Canonicus et Confrater, de mente Rmi domini nri Epi Vilnen, hanc relacionem fecit, quod statuta Capitularia iurata, in aliquibus punctis et Capitulis, per quoscumque dominos de Capitulo infringi debeantur, suam Rmam paternitatem ea pamplius nolle servaturum, Ibidem Rendus dominus Andreas de Valentinis, nomine omnium dixit dominos Confratres, in minimo nolle ea violaturos immo tutaturos et firmiter observaturos etc. Statuta

5° Continuatur Capitulum generale die veneris tercia octobris

per Rendos ac venerabiles dominos Prelatos et Canonicos quo supra pro ecclie et Capituli negocijs in locum solitum Capitulariter tractandis congregatos fuit tentum et observatum

6° Revisio tesauri capitularis facta

Item die quo supra, Rendis ac venerabilibus dominis Prelatis et Canonicis quibusdam pro Capituli, et ecclie negocijs in mane Capitularit congregatis, Coram quibus tunc fuit revisio Tesauri Capitularis facta, et claves Ciste dominis procuratoribus fuerunt date

7° Bobrownyk contra domi Eustachium Canonicum proposicio

Item eodem Capitulo quo supra, Venerabilis in

1533. 8bris 3.

Capitulum Generale autumnale.

medium dominorum Capitularium providus Jacobus Bobrownyk Civis Vilnen. cont. domini Eustachium Canonicum questus est, pro decem octo sexagenis grossorum, pro pellicea Mardurina eidem debitis Petens sibi, cum eodem Justitiam ministrari, Ibidem dominus Eustachius rudendo dixit quod non tenetur ad solucionem predicte pecunie quam non pro se, sed pro demortuo olim Abramo Thesaurario ducatus, eam accepit, cuius abrahe heredes, pocius quam ipse ad predicte summe solucionem tenentur Replicando Bobrownyk et suo Juramento deferendo, dixit quod idem Eustachius prefatam pecuniam se se soluturum submisit, Et dominus eidem terminum hic iterum compendi octavam prefixerunt

Causa cum Eustachio Canonico

8o Continuatur capitulum generale die saturni quarta mensis octobris per Reverendos ac venerabiles dominos, Andream de Valentinis decanum Georgium Chwalczowski Cantorem Joannem Silvium Amatum Juris utriusque doctorem, Mgrum Stanislaum Dembrowka Nicolaum Volborz Venceslaum Czirka Juris doctorem, Andream Nadbor Joannem Benedicti Medicine doctorem Joannem Cymczki Erasmum Eustachij, et Alexandrum de Pessentis Prelatos et Canonicos ecclesie cathedralis Vilnen. ad pulsum maioris Campane Capitulariter congregatos et sunt tenta

28 9o Ratificatio taxe domus domino Georgio Chwalczowski facta

Eodem die Capitulo, ac Corane dominis prelate

Generale autumnale Capitulum

et Canonicis, eccle cathedralis Vilnen, capitulo congregatis. In medio quorum Venerabilis dns Georgius Chwalczowski Cantor et Canonicus, estando peciit, ac humiliter supplicavit, quatenus sue dominaciones actum taxe domus eius, quam ipse non parvis sumptibus erexit, in Capitulo precedenti generali factis, attento quod pro nunc sunt plures fres quam in precedenti Capitulo generali gratam ratham haberent ratificarent confirmarent et approbarent, et auctoritate sua robur perpetue firmitatis apponerent. Et domini Capitulares considerantes dominum Georgium Cantorem tam egregium opus in edificiis sumptuosis consumasse motu fraterne charitatis, ergo pium in rem Capitularem fratrem, Constitucionem et taxam anniversarii sui de domo eiusdem temporibus per quoscumque ea intrantibus solvendam, ratham gratham habere voluerunt ac approbarunt confirmarunt, et auctoritate Capitulare periter et decretum interposuerunt, prout quibus supra.

Taxa Domus pro Anniversario

10. pecuniarum a domino Rmo repeticio

Item eodem Capitulo quo supra domini Capitulares inter se mutuo tractantes, pecuniam a Rmo domino Tpo Vilnen, que Capitulo debetur, super qua Cirographum sua Rma paternitas manu sua scriptum Capitulo dedit repetendam et scriptum sue Rme dominacioni restituendum concluserunt.

11. Piscina rzescha ordinacio

Item eodem Capitulo quo supra venerabilis dominus Georgius Chwalczowski Cantor et

Capitulum Gnrale autumnale

1533. 8bris 24.

Canonicus in d medio dominorum Capitularium pro-
posuit, quod non sine parva utilitate, et comodi-
tate Capitulari posset fieri, sciens esse locum
aptum pro piscina in prestimonio domini docto-
ris Solfa rzeszcha, quam se volens toti comodita-
comunitati utilitatem facere, propriis sumptibus
et impensa obtulerat edificaturam et perfecto-
rum, si et inquantum consensus dominorum et posses-
soris adesset, domini itaque gratam exhibitionem, et
tanti fratris, ergo se de charitate hoc opus dum
et quando fuerit perfectum pro utilitate comu-
nitatis esse, per vota et suffragia unanimi asse-
so concluserunt, et decreverunt sub condicioni-
bus introscriptis, piscinam per dominum Georgium
Chwalczowski, struendam edificandam, et eius
sumptibus esse, ac fore, ita quod nullius debet esse
propria nisi totius comunitatis, dominus vero
Joannes Solfa Minus prestimonii possessor, per
inundacionem aque aliquod dampnum in pratis
si pacietur, extunc Capitulum dampna, que
si in feno habuerit, domino Joanni doctori tanquam
possessori de Curia ponari aut vendicioni, pi-
scium resarciri, et nullis aliis eius successori-
bus dimitaxat, ad vitam vel ad spontaneam eius
renunciacionem debebit tenebitur. Rogacio

12a Dierum pro labore doctori Solfa pro

Item eodem Capitulo, quo supra, domini ad ex-
postulacionem domini Joannis Benedicti doctoris
ultra hoc, quod homines piscatores domino doctori Sol-
fa in suo prestimonio labores tempore vindemia-
rum, a festo divi Petri, ad festum Sancti

Bartholomei expectabant, et Capitulum prædictum non intendebant, prorogaverunt Literas dicti ad vigil. ad festum exaltationis sancte crucis.

13. **Pauli a Soletzniki absolucio**

Item eod. Capitulo, quo supra, Constitutus personaliter Dominus Paulus a Soletzniki Nepos ex Sorore, olim Reverendi domini Georgij Episcopi Premisliensis coram domino Capitulo congregato, ac præsentibus cum literis creditionis Nobilis Joannis Turzij, petitaque ipsius nomine, a domino Capitulari bus, postulavit gratiosum edictum, quod spectabilis Joannes dimittere vellet, gratiosum edictum, quod spectabilis Joannes dimittere vellet, gratiosum edictum, quod spectabilis Joannes dimittere vellet,

1533. 8bris 7. Capitulum Gnrale autumnale.

16° Donacio triumphorum aureorum turcorum d. przemien

Item eodem Capitulo, quo supra, domini habentes respectum Reverendi domini Episcopi Przemisliensis domini Joannis Chojenski et respectu eius servicorum, que in conficiendis literis libertatis Capitularis fecit, eidem tres aureos turcos donaverunt.

17° Mathie Zameschnyk in emphiteosim domus

Item eodem Capitulo, et die quibus supra, domini Capitulares ad peticionem providi Mathie Zameschnyk domum per eum in solo Capitulari edificatam, et penes Regium molendinum sitam in Emphiteosim sub censu anno duarum synarum grossorum, ad ipsius Mathie et honeste Zophie consortis suae vitae duntaxat concesserunt, et literas pro desuper decreverunt.

18° Consensus pro sigillandis literis Budkoi

Eodem Capitulo quo supra, domini Capitulares ad peticionem domini Prepositi Vilnensis, pro Mathia Budek Coco Reverendi domini Episcopi Vilnensis, facta, sigillum maius Capitulare, subappendi literis domus suae per Reverendum dominum Episcopum nostrum in libertatem concessae fecerunt, et consensum suum praebuerunt.

Domus Episcopalis in Libertatem concedit.

19° Prepositi de administracione edificiorum exoneratio

Item eodem die et Capitulo, quo supra, Venerabilis dominus Joannes de Domanow Prepositus Vilnensis se se de administracione edificiorum ecclesiasticorum exonerando, petiit eam ex fratribus alicui commendari, et se de perceptis et expositis in racione examinari, et aliquos fratres ad audiendum eum deputari. Et domini pro racione eius duos de gremio venerabiles vocat dominos Georgium Chwalczowski et Erasmum Eustachij deputaverunt.

8bris 7. 1533 Capitulum Generale autumnale

Item eodem Capitulo quo supra, domini, procu-
ratori Capituli Iuan Antiquo de ponarij, unum
Bonem decreverunt et mandaverunt dandum

Lignorum de silua ponari dandorum admissio 20

Item, eodem die et Capitulo, quibus supra, do-
mini Capitulares, Antiquae et laudabili, consue-
tudini inherentes, voluerunt, ut a festo divi
Martini Confessoris fratribus dominis Canonicis
quatenus duo Currus lignorum in una hebdomada
de silua ponari pro eorum necessitate ducantur
qui vero illorum non esset contentus, et plura voluit
Ire habebit facultatem sibi ea conducendi, de
silvestris tantum, et non de pinestris lignis etc.

Die Martis octaua octobris 21

Eodem Anno et die quibus supra, continuat
Capitulum generale, et per dominos in mane
ad pulsum maiorum Campane capitulariter congregatos
fuit habitum et concelebratum

pro conficiendis lris. d. Iuan tesaurario 22

Item domini, commiserunt, et demandaverunt pro
curatoribus, ut lras obligacionis, super ducentis
quinquaginta sexagenis grossorum domino Iuan
Tesaurario in vim reempcionis datis, iterum denuo
pro feria sexta proxima conficiant, et per
Notarium in Rhuteno scribere faciant

Aprobacio lrarum domini Alexandri super area 23

Item eodem Capitulo, quo supra, domini Capi-
tulares lras donacionis domino Alexandro de
Pessentis Canonico Vilnen, super area Capitularij
circa Turrim incente, ad intercessionem sacre
Regiae Mat. ante eidem per Capitulum concess

1533. 8bris 8. Capitulum Gnrale autumnale.

ad vitam duntaxat eius valituras approba-
verunt ratificaverunt et confirmaverunt

24. Occupationis areae domini Docto-
ris Solfa et Cloacae divisio Dectis

Eodem Capitulo quo supra Egregius vir
dominus Joannes Benedicti Medicinae do-
ctor et Canonicus Vilnen. cont. Rndum
dominum Joannem de Romanowo Praepositum
Vilnen. proposuit coram, quod idem dominus
Praepositus de sua domo, quae est ipsius
vicina et contigua, immissa Cloaca extra li-
mites suae Aree, ipsam occupat. Petens ut
eam fedissimam Cloacam ex area sua amoveret
Et domini mandaverunt ut Cloaca sit per
medium inter eorum domus divisa ut quod po-
cius locus deoccupetur

25. Die Mercurij Nona octobris

Continuatur Capitulum generale, et per
Rndos pres. dominos Canonicos in mane
hora consueta fuit celebratum

26. Consignatio argenti et pecunia-
rum Beati Casimiri facta etc.

Item eodem Capitulo, et die quibus supra Rndi
domini Canonici totum et integrum argentum
unacum pecunia Beati Casimiri consignaverunt
et regestra procuratoribus legere fecerunt

27. Die Jovis decima mensis octobris

Continuatum est Capitulum generale in pru-
cia dominorum prelatorum et Canonicorum quorum
supra pro tractandis negocijs Capitularibus
ad locum solitum Capituli congregatorum
et fuit tentum ac observatum

8bris 9. 1533 Autumnale Invale Capitulum 6

De additione refectionum Decti retractacio 28

Item eodem Capitulo quo supra domi Amad-
uertentes, ac refectiones, in precedenti Capitulo
a fratribus quorum tunc minor numerus presidebat
aucte fuissent, nunc ob plurimitatem eorum, pecunia
pro distribuendis quotidianis distribucionibus
infuturum deficere, retractantes, constitucionem
in precedenti Capitulo generali de addicione re-
fectionum factam, inherentes, et omnino observare
volentes antiqua consuetudine singulis die-
bus per duos grossos, dandos, et erogandos de-
creverunt, alias se se circa contextum et tenorem
statuti iurati conservare voluerunt; hoc denique
addito, quod si aliqua pecunia in exacto Anno
excreverit, domum eam servanda, et in Dhe-
saurum Capituli deponenda, pro imminenti
aliqua necessitate Capitulari commiserunt
ac mandaverunt, Czowski Nestio

Pecuniarum sacri Iubilei per domi. Chval 29

Item eodem Capitulo quo supra Venerabilis
dominus Georgius Chwalczowski Cantor et
Canonicus restituit ac in effectu deposuit
decem septem sexagenas grossorum, pecuniarum
de gracia Iubilei sacri, quam dominus Ioannes
Cwyczki eidem in mutuo dedit

De optandis domibus et prestimo-nijs quocumque modo vacantibus vnius me-sis intimandi Citacioni additio 30

Item eodem die, et Capitulo quibus supra
domi attendentes, quod quum alicuius domus

1533. 8bris 9. Capitulum Autumnale Generale.

aut prestimonij, sub tempore, quoquomodo vacacio occurrerit, et fratres absentes, propter longam distanciam loci, huc commode venire non possunt, et precipue illi, qui insequuntur Curiam Sacre Regie Maiestatis et hoc fit, ut in Statutis cavetur ut infra unius Mensis spacio, a termino tempore vacacionis, pro termino opcionis et provisionis compareat, qui tam brevis termini absentibus extra diocesim commoxantibus, parit non parvam difficultatem. Itaque ante omnia Statutum in suo robore conservare volentes ad unum Mensem alium addiderunt. Itaque debent semper duo Menses, pro optandis et petendis domibus prefigi, et hoc absentibus fratribus, Sacram Regiam Altem insequentibus

31. Veneris undecima octobris

Eodem die quo supra per Rndos dominos Canonicos preter dominum Alexandrum, qui absens erat, fuit Capitulum continuatum et per eos in mane hora solita celebratum

32. Domini Decano et Cantori Capalium relaxacio

Item eodem Capitulo, et die quibusdam domini Capitulares, ob mitam Rndorum dominorum Andree de Valentinis Medicine doctorum decani Georgij Chwalczowski, Capales per eos dum fuerunt, ad eorum dignitates recepti nec solutas relaxaverunt et remiserunt tali condicione, quod in futuram sequellam hoc non debet trahi. Hoc est, quod sine semel et eodem

tempore, aliquis pia intravit, ad dignitatem
et prebendam, ultra hoc etiam, quod sine uno
tempore prebenda, et alio dignitatem di-
stinctim habet, quum cautum statuto, ca-
vetur, prelatos et canonicos, capitalia sol-
vere, citra tamen preiudicium aliorum dignitariorum

Quietancie domino Cuniczki concessio 33

Item eodem capitulo, et die quibusdam, domini
capitulares venerabili domino Joanni Cu-
niczki confratri suo, post exhibita et facta
eius omnimoda racione, litteras quietancie eidem
scribendas decreverunt, et ad racionem octo se-
xagenarum debiti medietatem eidem domino Joanni
Cuniczki relaxaverunt.

concessio D. Doctori Siculo et Eustachio roborum 34

Item eodem capitulo quo supra, domini capi-
tulares, sedium quod de silva ponari, fratribus
domos suas edificantibus, ex decreto eorum
per unam sexagenam cum media roborum de sti-
pite excidendorum dederint, petentibus
et domos suas velle edificantibus, similiter
veneran domino doctori Siculo, et Erasmo
Eustachij per unam cum dimidia sexagenas roborum
de stipite excidendorum, et pro edificijs con-
vertendorum concesserunt

Domini Doctoris Czirka peticio 35

Item eodem die, et capitulo quibusdam, vene-
rabilis dominus Venceslaus Czirka, coram
domino capitularibus conti domini Nyemerowicz

pro iniuriis suarum silvarum proposuit, re-
ferens Nobilem Mikita Siczkonski, velle se
cum de compacto agere, Petens a domis Capi-
tularibus sup hoc edoceri, et domi pro melio-
ri eius informacon, Citacon a Regia Mate
con iniuriatores sui pstimonij, obtinenda
et exequi facienda eum dixerunt, et ad
actionem simul et de compacto consensum suum
prebuerunt prius decto medite

36. Domino Alexandro Canonico damno-
rum domus sue resarcio

Item eodem Capitulo, quo supra venerabilis
dominus Alexander de Pessentis Canonicus
cont domini Joannis Cruyczki, coram propo-
suit, ex ipse post exustionem urbis Vilnen
in domo sui Altaris Scholasticos intromi-
sit, qui eam inhabitantes fedissimam, et
immundissimam, et in ea multa damna fecerunt
extimans dampna in domo sua illata ad ali-
quod sexagenas grossorum Petens, ad resar-
cionem dampnorum domini Cruyczki cogi, et com-
pelli, Ibidem dominus Joannes Cruyczki
dixit id neq voluntate propria, neq motu
proprio verum de mente et voluntate domnorum
Capitularium fecisse, propterea eum ad resarcionem
damnorum non teneri, domini vero tractantes inter
se pro vota et suffragia decreverunt racon resar-
cionis damnorum domui sue a Scholasticis illatorum
quorum Capitulum occasio erat, sexaginta robora
de silva penari pro edificio danda concesserunt

8bris 12. 1533, Gnrale Autumnale. 18

Sabbato duodecima octobris 37°

Continuatur Capitulum generale per Rndos dominos Canonicos et Confratres, ac in mane ad pulsum maioris Campane, fuerunt pro tractandis negocijs Capitularibus, capitulariter congregati, et Capitulum celebraverunt, et ad actus Capitulares processerunt

38. Peticio et admissio solidi domus muratæ domino Doctori siculo et domino Andreæ Nadbor Canonico

Item eodem die et Capitulo, quibus supra, Venerabilis dominus Andreas Nadbor Canonicus Vilnen. in medio dominorum Capitularium exposuit, quemadmodum habens respectu erga Rndum dominum Joannem Silvium Amatum Juris utriusque doctorem, et tanquam suum preceptorem, studio amoris eum complectens in solidum domus sue muratæ, quam ipse ex opcione, et concessione, per obitum olim Rmi domini Nicolai Vyeschgat, Epi Medinicen. possidet eundem Rndum dominum Joannem Silvium Amatum Juris utriusque doctorem admisisse, et suscepisse dixit, vezt sub Condicionibus inferius descriptis, primum quod neuter illorum in inhabitanda domo sit maior neque inferior, sed uterque pares sibi, et quum alia quamcunque domum vacare contingerit, ut sit unicuique eorum dimisso solido, libera opcio, et quod renunciante et dimittenti aliquo eorum Canonicatum vel aliquo eorum mortuo domus tota pro illo, qui superstes erit

1533. 8bris 12. Sabbatho Generale Autumnale Capitulum.

sicuti propria cedet, quamquidem admissionem et
susceptionem solidi, ijdem domini Andreas Nad
bor et Joannes Silvius Amatus Juris utri
usque doctor admitti pecierunt, domum vero an
dita utriusque petitionem concordi solidum domus
ut petitum est, sub conditionibus superi
us descriptis admiserunt.

39. Domino Doctori Situlo domus reser°

Item Capitulo quo supra Rndus dominus
Joannes Silvius Amatus Juris utriusque
doctor et Canonicus Vitueu in medium dominorum
Canonicorum adduxit, quod quamvis domus insolidum
fuerit sibi data interim, dum hic Regia Ma
iestas immorabitur propter eius occupationem pro
domino Episcopo Przemisliensi eam inhabitare nequit
ut possit suae comoditati providere, preci
pue quum principis preceptor existit eum
in aliqua prophana domo, tamdiu commorari
non valere, domum suam incinerata, quam Capitulo
ante eius ingressum propria pecunia solvit
reservandam et relinquendam pecijt, Promittens
eam edificaturum, et in eam bonam conditionem
facturum, neque aliquem extraneum in eam intromis
surum, sed ipsum solum eam inhabitaturum, et quod
eundem hinc cum Regia Mate profecturum conti
gerit, domum pro eum edificata Capitulo, et eius
libere dispositioni, absque eius repetitione tam
illorum sumptuum, quos pro edificijs impendet
et illorum expositorum quos pro edificio solvit

8bris 12. Sabbatho 1533

Capitulum Gnrale autumnale.

relinquet et dimittet, nec aliqua proprieta
tem ac interesse, in eadem pamplius habe-
bit, qua peticon domi audita, Condicos ser-
vandas a domino doctore voluerunt

40. De administracon prestimony Baxti
Domino Joanni Cyniczki comissio

Eodem Capitulo quo supra, domi considera
tes Rndum dnum Stanislaum Parlo, Archi-
dyaconum Lublinen et Canonicum Vilnen, sta-
tuto per eum in sua recepcon iureiurando
confirmato, contravenisse, propt quod per-
sonae extraneae sclari in Gubernacon et ad-
ministracon prestimonium dnum Baxti comisit
Illud in administracon et gubernacon dno
Joanni Cyniczki commiserunt ac eidem omnes sub-
ditos Illius tutandos et defendendos pariter
et arcendos, ptatem ac plenum posse et manda-
tum dederunt prout decto medute

41. Lunae decima quarta octobris

Continuatur Capitulum generale per Rndos
pres dnos Canonicos confratres et fuit
eodem in mane concelebratum

42. Sepium inter dominum Alexandrum
Canonicum et Mgrm Martinum limitacio

Rndis ac venerabilibus dnis Joanne An-
dree de Valentinis decano Georgio Chwalczo-
wski Cantore Joanne Silvio Amato Juris
utriusque doctore Mgro Stanislao Dembrowka

86vis 14. 1533. Generale autumnale Capitulum

Nicolao Volborz, Venceslao Czirba, Andrea Nadbor, Joanne Benedicti, Joanne Conyczky, Erasmo Eustachij, Alexandro de Pessentis Prelatis et Canonicis ecclie Cathedralis vilnen. in locum solitum Capitulo pro ecclie tractandis negocijs congregatis, quorum in medio Venerabilis dominus Alexander de Pessentis Canonicus et Confrater deduxit quomodo Mgr Martinus Altarista Gasparis, sepem ultra limites suos, in locum seu Aream, ipsius domini Alexandri, que ex fundo Altaris Vitoldini ad eum spectat et pertinet induxit, partemque ipsius Aree occupavit, et sepes in eius solo locavit, quorum antiquorum stipites in terram fixi adhuc apparere videntur, et sepes nove locate ultra antiquos limites sunt in preiudicium suum non modicum, propter quod sepes novas deici in pristinoque loco imponi seu locari per dominos instanter petijt et postulavit. Et domini attenta peticione ipsius domini Alexandri iusta et rationi consona id petenti consensum suum prebuerunt, eorum decreto mediante

43. Revisio et consignatio Thesauri ecclie

Eodem die, et Capitulo quo supra, fuit revisio et consignacio Thesauri tocius facta, per dominos Capitulares superius descriptos, in presencia Venerabilis domini Pauli de Czechonowyecz predicte ecclie Cathedralis Custodis per honorabilem scriborum vicecustodem ex Registris ecclie exhibitis et comonstratis

Custos.

8bris 14. 1533 Generale autumnale.

10

44. Censitis capitularibus soluendi censum annuum ratarum deputatio

Item eodem die, loco, et Capitulo, quibus supra
Rendi, pres domus Capitulares Tractantes super
hoc, quod nonnulli Capitulares habentes domos do
minorum Capitularium, diuersa tempora soluendi Cen
sum annuum habent, propter quod procuratores
non nunquam in exigendis ab eis Censibus in tem
poribus distinctis et diuersis incomoda, et di
ficultates pro distribuendis refectionibus pa
ciuntur ita quod nouis procuratoribus semiplenos
Census ob non solucionem Censitarum traduntur, et fratres
presentes pro Consolacione eorum nihil habent, vna
nimi voto, et concordi sentencia decreuerunt, vt
hinc inantea, omnibus, et singulis, censitis per
procuratores nouos soluendi Census, quotanna
lis terminus pro festo diui Ioannis Baptiste
diuidie partis, et reliquae pro festo diui Stani
slai translacionis, assignetur et demandetur
Cuius inicium sumet vnus quisque a predicto festo
in alio vero sequenti anni, diui Stanislai solucionem
et annum suum sumet, hoc adiecto, quod si quis dictorum
Censitarum dominorum Capitularium annum suum non
perfecerit non obstante hoc, et soluto illo spacio
non expectando terminum suum deputatum inicium
vt premissum est, a festo diui Stanislai, et terminum
in aliud sequens facta omnimoda solucione habebit

Genrale autumni 1534, 7bris ultimâ.

11

45. Anno domini Millesimo Quingentesimo tricesimo quarto Indicone Septima Pontificatus sanctissimi in chro patris, et domi nri domi Clementis, divina providencia Pape septimi feliciter modni, Anno ipius undecimo, die vero Mercurij, ultima Septembris, eodem in mane, ad pulsum maioris Campanae inceptum est Capitulum generale per Rndos pres domnos Prelatos, et Canonicos infrascriptos, Ibidem venerabilis, dominus venceslaus Czirka Iuris doctor ut et tanquam procur Capituli, cui interat, producta Citacon debite exequuta, accusavit cotumacia dominorum fratrum Canonicorum, et pro Capitulo generali celebrando se non representancium, et in eorum cotumacia ad Concelebracionem Capituli generalis, sic ut in Citacon prefertur iuxta statuti iurati, diutinam, ac laudabilem, observacionem, procedere et procedi mandari petijt. Ibidem incontinenti post publicacionem et exhibicionem Citacionis per me Nicolaum de Lomza dominorum de Capitulo scribam, in inicio huius Capituli statuta fuerunt lecta, et ad finem, alijs sequentibus duobus diebus perfecta infra quorum lectionem nonnullae Conclusiones sunt factae.

46. Comissionis domino Cvniczki super administracon prestimony Baxti Rndi, ac Venerabiles pres Decretum

7bris ultimâ 1534. Capitulum Gnrale Autumnale.

domu Joannes Andree de Valentinis Medicine doctor Decanus, Georgius Chwalczowski Cantor Joannes Silvius Amatus Juris utriusq doctor Mgr Stanislaus Dambrowka Venceslaus Czirka Juris doctor, Andreas Hadbor Joannes Benedicti Medicine doctor Joannes Cumczki Erasmus Dustachi prelati, et Canonici ecclie Cathedralis vilnen. interim dum lecta fuissent statuta ventum est ad statutu de no committendo personae extraneae p aliquem absente fratrem aliquo pstimonio, quod in cotrariu dominus Parlo fecit, quia suu pstimoniu secularii personae extraneae comisit, Scietes vero Non pridem domu Joannem Cumczki ab eodem Mandatum procuratoriu habuisse unanimi eorum assensu comiserunt, et eidem mandaverunt, ut ipe procuracoem suam, quam suscepit debite exequatur, alias sit Commissarius omnes et singulos subditos in pstimonio Baxtij domu Parlonis, puniendi corrigendi, et coercendi et quecunq fuerint necessaria faciendi cui lras desuper dandas decreverunt

47. Statuti Cancellati de no locandis hospitibus limitacio

Eodem die, et Capitulo quo supra Rndi ac venerabiles domi Capitulares cosiderantes

Statutum de non locandis hospitibus quibus-
cumque irrequisito Capituli consensu esse
Cancellatum, limittandum hoc ipsum Statutum
voluerunt, ita quod fratres suas domos liberas
nota. habeant, et quod etiam eis irrequisito consensu
Capituli locandi hospites, suos amicos, fa-
cultas libera sit ac valida,

48. de intrantibus ecclesiam et missam
non audientibus statuti moderacio

Eodem die et Capitulo quo supra domini, qui
supra tractantes inter se, de huius Statu-
ti moderacione, unanimi voto et consensu, mo-
derandum Statutum esse voluerunt, ut si
quis diebus ferialibus ecclesiam intraverit
et Missam non audierit, eodem die refectio-
nibus et quottidianis distribucionibus gau-
debit et Statutum in eum extendi non debet
verum si quispiam id malicose fecerit, pe-
na statutariâ eundem mulctandum voluerunt
hoc prudenti decreto mediante

49. Die Iouis prima mensis octobr

Continuatur Capitulum generale per Reuerendos
patres dominos, Capitulares quo supra, et in-
lectione finita ac perfecta sunt Statuta

50. Conseruacio statuti de non ve-
nientibus pro Capitulo generali

Rudi ac venerabiles patres domini Capitulares,
qui supra, considerantes Statutum de non

8bris 1.1534 Capitulum Gnrale autumnale.

venientibus, ad Capitulum generale, ob multa
vnius sexagenae in quodam certo generali
Capitulo, fuisse abrogatum, quod ab omnibus
iureiurando confirmatum existit, metu
periurij ducti, vt aequum et licitum erat, in
suo robore conservare, firmumque ac validum
perpetuo observandum voluerunt

51. Die veneris secunda octobr

Continuatur Capitulum generale per Rndos
ac venerabiles dominos Capitulares infra
scriptos, Capitulariter, ad pulsum maioris
Campane, pro tractandis ecclie et Capitu-
li negocijs, capitulariter congregatis, et est tenta

52. Electio procuratorum ad annum
futurum facta vnacum ordinacon

Rndi, ac Venerabiles domini Joannes An-
dreae de Valentinis Medicinae doctor, deca-
nus, Georgius Chwalczowski, Cantor, Jo-
annes Silvius Amatus Juris vtriusque doctor
Venceslaus Czirka Juris doctor Andreas
Nadbor Joannes Benedicti, Medicinae doctor
Joannes Cwiczki Erasmus Eustachij Pre-
lati, et Canonici Ecclie Cathedralis sancti
Stanislai Vilnen, ad pulsum maioris Cam-
panae, pro Ecclie et Capituli negocijs in ma-
ne Capitulariter congregati, primum, et ante omnia
in ea sessione de electione procuratorum, sine
quotidianarum refectionum distributorum tractantes
et habito inter se scrutinio, considerantes

8bris 2. 1534 Generale autumnale Capl'm. 13.

Ex secundum veterem consuetudinem, duo procu-
ratores eligebantur, et exacto anno, eorum
procurationis, alij duo, per electionem, aeque succe-
debant, gerendarum rerum non nunquam imperiti,
quorum ignavia in eorum procuratione, difficulta-
tem comitati aferre solebat, Itaque Concordi
sententia de omni voti sancium assensu facta
quo ad electionem, et interessentiam, duorum
ordinationum in precedenti Capitulo generali
facta in suo esse conservaverunt, Nihilomi-
nus eam in ea particula mutare voluerunt
et pruti decreto perpetuis temporibus ser-
vanda decreverunt, Hac infernis lege descri-
pta, ex in electione procuratorum ad annum
quemlibet futurum fienda debet Antiquus
in suo statu permanere, et sua procuratione
cum eadem potestate continuare Novus autem aliquis
de Collegio fratrum, qui ad id repertus ido-
neus et utilis fuerit in Collega sibi debet
adiungi, qui etiam similem facultatem in sua
procuratione habebit uti et suus Collega At,
Anno perfecto, Antiquus ille, procurationem
dimittet, et novus admotus in suo statu
permanebit, Cui etiam Alter novicius dari
debet, et sic subsequenter attento, quod in omni
senatu seu Magistratu, Antiquus manet et no-
vus propter exercitium, eidem adiungitur, Propterea
Venerabilem dominum Andream Nadbor, Confratrem
suum in novum procuratorem elegerunt depu-

8bris 2. 1534. Capitulum Generale autumnale.

taverunt, et Constituerunt, cui Claves Cistae Capitularis tradiderunt, et omnem Thesaurum eidem consignaverunt, omnemque facultatem omnia regendi disponendi faciendi, et exercendi, eidem concesserunt.

53. Villae ponarij in arenda domino Georgio Chwalczowski ex vi contractus facti concessio.

Eodem die, et Capitulo, quo supra Rondi, ac venerabiles domini Capitulares qui supra amadnextentes Bona seu Villam ponari, et precipue illius loci Taberna, quae per dominum Georgium Chwalczowski Cantorem, et procuratorem novissime est extructa, nondum in eius aedificijs fuisse consumata, ita quod multis necessarijs egeat, absque magnis sumptibus ad effectum minime deducere posse, ob hoc se ex ea provenitus et utilitates maiores percepturos non valere, nullum tamen ex fratribus ad hoc onus obeundum comperientes, nisi dominum Georgium Chwalczowski Cantorem et procuratorem, qui eius gubernationi, et provisioni superintenderet, sed putantes eis maiorem comoditatem obvenire, si et inquantum eidem in Arenda darentur, ipsa villa ponari Taberna et latericium eius, et omnes alij fructus et provenitus ad eam spectantes, et pertinentes Ideo omnes et singuli domini Capitulares per vota

et suffragia concludentes, unanimi eorꝝ sen-
tentia, ad id accedente, ipsius domini Cantoris
speciali consensu, eandem villam ponarij
unacum eius Curia Taberna latericio, alijsq;
fructibus, proventibus et utilitatibus
ex eis provenientibus, in arenda concessa-
runt, et admiserunt, tali sub condicione, et
contracto facto, ac inito, primum omnium, q ipse
dominus Cantor non ad unum annum, neq; ad bien-
nium, sed ad triennium arenda, ipsius villae ponarij
eiusq; Curiae Tabernae latericij, ac aliorum fru-
ctuum, proventuum et utilitatum, ex eis quolibet
spectantium et provenientium, ac provenientiorum su-
scepit, et ratham hre voluit prout habet
pro octuaginta sexagenis grossorum nunc, et
monetae lithuanae, singulis ~~tribus~~ ap mendy- annis sol-
uendorum, pro refectionibus domus Canonicis
distribuendis. Et si aliquid pecuniarum
que se extenderet ad decem citra vel ultra
sexagenas grossorum, pro utilitate, et como-
ditate dominorum Capitularium, in eisdem bonis
pro aedificijs ac structuris, quae rem per-
petuam attinerent expendet, illud totum
in racionem suscipere domum tenebuntur, ipse
vero dominus Georgius Cantor et procurator
ut et tanquam ex arenda possessor illorum
bonorum, hoc est hominum kmetonum Curiae Taber-
nae latericij agrorum pratorum, aliorumq; utili-
tatum proventuum inde provenientiorum, liberum

8bris 2. 1534. Capitulum Gnrale Autumnale.

usum fructum et proprietatem habebit, exce-
pta silua, quam ad aliam rem suam primatam
non excidet, et devastabit, solum pro edificijs
et Alnearijs apum, in illis bonis ponarij
struendis, et fiendis habebit etiam ipse
dominus Cantor Arendarius, tempore Brumali
id est congruo in hieme, liberam facultatem
capiendi pisces in lacubus ~~nostris~~ more solito habebit
Ad quam capturam ire homines ~~nostri~~ de Ponarij
tenebuntur, et de prestimonio rzescha, do-
mini Joannis Benedicti, Confratris nostri, secundum
quod ire soliti sunt, quorum piscium idem dominus
Cantor et non alter neque alius utilitatem, et co-
moditatem habiturus, hactenus donec in
hieme durante glacie capientur, postea re-
soluta hieme pro Capitulo piscabuntur
Interim vero dum idem dominus Cantor, pisci-
um usum fructum habuerit, procuratores
ipsi fratribus presentibus, diebus extra qua-
dragesimam, quibus pisces dari solent pro duos
grossos, et ad duos Currus lignorum pro unum gr.
septimanatim, diebus autem quadragesimali-
bus singulis pro piscibus unum grossum, et
pro festo paschae agnelos, de eadem pecunia re-
fectionum dare tenebuntur, licebit etiam fratribus
de eadem silua ponarij ligna silvestria et non
primeta pro usu domestico ducere. Preterea dominus
Cantor Arendarius exacto et perfecto tempore suae
arendae illas omnes fruges et res in Curia, ac
numerum laterum quot millia fuerint eorum

Generale Autumnale Capitulum

iuxta Regestra, que cum suo collega, con-
scripturus, quas et quae recipiet, in eodem
uno tempore suae ~~recepcionis~~ renuntiationis
Capitulo liberè, absque contradictione resti-
tuet, et dimittet. Promisit etiam sua Rev-
da dominatio, si sup. summa Arendae aliquid
hoc Anno Currenti superlucrata fuit, admo-
ta summa lucri ad summam Arendae Anno fu-
turo et de futuro Anno tertio, se solutura,
excepto nisi in sumptibus aedificiorum exte-
nuata vel alia re occupata fuit, hoc arbi-
trio suo reservare voluit

54° Optio praestimonij Vonyalgowo
per dominum Venceslau Czyrka

Eodem die, et Capitulo, quibusup. Rndis ac
venerabilibus domis Capitularibus quibusup.
tunc praesidentibus, Tam tunc post pu-
blicationem ac exhibitionem Citationis, per dominum
procuratorem Capituli, antequam Capituli actus
initiarentur pro optione domus ac praesti-
monij, morte olim Venerabilis domini Nicolai
Volborz nuper vitâ functi vacan. factam
Venerabilis dominus Venceslaus Czyrka Iuris
doctor, et Canonicus Ecclesiae praedictae Cathedralis
Vilnen. tanquam in optione intermittentibus
alijs senior, praestimonium Vonyalgowo eius
sortis cuius Venerabilis olim dominus Nicolaus
Volborz dum in humanis ageret immediatus ex-
titerat possessor, sibi in possessionem dari et

8bris 2. 1534. Generale autumnale Capitulum

assignari, domum vero habito intra se diligenti scrutinio, unanimi consensu, prestimonium Vonijalgowo, eidem domino Venceslao Czirka, iure debitum in possessionem dederunt concesserunt et assignaverunt, tamquam desuper necessarias dandas decernerunt, salvis tamen proventibus pro comite spectantibus et pertinentibus ac prestimonium kupieczko, quod ipse doctor Czirka possidebat ac obtinebat vacare decernerunt

55. Optio prestimonij kupieczko per dominum Andream doctorem

Item eodem die et Capitulo quo supra Rudus dominus Andreas de Valentinis Patricius Mutinensis, sacre Regie Matis physicus, decanus et Canonicus Vilnensis in ordine opcionis exempti sentiens nullum ante eum vocacionem priorem hoc ipsum prestimonium kupieczko optare velle, illud per opcionem dari ac in possessionem assignari petijt et postulavit domini Capitulares iusta petenti suum consensum unanimiter prebuerunt prestimonium perpetitum sibi in possessionem dederunt et assignaverunt, et suum quod possidebat Volcza vacare, tamquam ad capiendum possessionem kupieczko desuper dandum decernerunt

56. Privacio domus acialis mutatae Rmo domino Epo luceorien concessae

Item eodem die et Capitulo quibusdam Rudi

8bris 2. 1534 16

Autumnale Generale Capitulum

ac venerabiles domi. Prelati et Canonici tunc
presidentes, et negotia capitularia tractan-
tes, inter quae, considerantes domos Capitula-
res fuisse nonnullis personis extra gremium
Capituli existentibus collatis, ita quod etiam
fres Canonici aliqui quorum nus duodecim
participancium extat in prophanis domi-
bus, con phas et decorum coguntur hospitari
quemadmodum etiam recensentes domum moratam
a cielem fuisse concessam Rmo domino Pau-
lo Epo Luceorien, quae tunc vacabat morte
olim venerabilis domi Alberti Vijelyesin-
ski Canonici vilnen eiusdem ultimi et immediati
possessoris tanquam personae privatae et non
Capitulari, quod fuit factum contra Statu-
tum iuratum, ex connivencia fratrum tunc
prutium, quia tunc venerabilis olim Nicolaus
Volborz Confrater nr. hactenus eam inhabi-
tabat, de consensu ipius Rmi domini Pauli
Epi Luceorien tum etiam ipius Capituli, eo
quod suam propriam quam possidebat renunciavit
Sed morte ipius subsequuta inspecta ipius
domus inefficaci, quae est actis nris inserta
concessionem ipsum Rmum dominum Epum Luceorien
ex tribus racionibus ea domo primandum
voluerunt, primum omnium quod ipse inabiles in ea
concessione ut puta Preptus Custos et Cen-
tor vota sua dabant, ex quo ipse Rmus dns
Epus Luceorien inabilis ex statuto ad eam
optandam erat, ex eo quod ipse exus prelatus

Sabbatho. 8bris 3. 1534.

Capitulum Gnrale autumnale

Archidiaconus, quemadmodum et alij nihil ha-
beat in communi cum Canonicis, quorum nu-
merus habetur duodecim tantum, et quod
Rathihabitio Capituli generalis huius con-
cessionis, quae fuit facta in Capitulo par-
ticulari non est subsequuta, neque sortita
suum effectum, prout accedere debuit Ideo
ex praescriptis causis animus dominorum
Canonicorum pro moventibus praefatum Rmum dominum
Episcopum Luceorien. unanimi omnium assensu
et voto privandum esse voluerunt, prout
in effectu privarunt eamque vacare decre-
verunt, hoc prout dicto medente

57. Sabbato tercia mensis octobris

Eodem in mane fuit Capitulum gene-
rale continuatum, et per Rndos ac vene-
rabiles dominos quos supra pro Capitulo
generali celebrando congregatos, celebratum

58. Restitutio pecuniae debitae per do-
minum Ioannem Cvniczki Capitulo

Eodem die et Capitulo, quibusque Venera-
bilis dominus Ioannes Cvniczki Confrater
dominorum Capitularium, pecuniam debitam vzt
decem synas grossorum, a Mathia Tabernato-
re de Ponary, pro quo se se de solvendo spon-
sorem promiserat sex, et quatuor pro late-
ribus sexagenas grossorum restituit, et in
effectu persolvit, residuum vero vzt quadraginta
gr. relaxaverunt, et eundem de praemissis quietaverunt

59. Pro conseruanda superexcrescenti pecunia refectionum in thesaurum sub absentia aliorum fratrum decretum

Eodem die et Capitulo quo supra, domini Capitulares quibus supra, attendentes non parvam summam refectionum accreuisse, ita quod sub absentia aliorum fratrum reliqua pars, quae superexcrescit, posset manere propter quod, huic inanitatea excrescentia pecuniarum etiam sub absentia aliorum fratrum, in thesaurum deponere et conseruandam ac tenendam decreuerunt, firmiterque tenere ac obseruare hoc decretum voluerunt

60. Publicatio dyplomatum pro decantacione Missae ante diem

Item eodem die et Capitulo quibusdam coram venerabilibus dominis Praelatis et Canonicis literae seu dyplomata Apostolicae de decantacione Missae ante diem, Reverendissimo domino Episcopo Vilnensi sub plumbo more Curiae Romanae directae publicatae et lectae sunt quibus domini adherunt

61. Relaxacio Avenae domino doctori Andreae et in futurum successoribus ac domino Czyrka retentorum facta

Item eodem die et Capitulo quibus supra, ac coram dominis Capitularibus quibus supra Reverendus dominus Andreas de Valentinis decanus et Canonicus Vilnensis post prouisionem de praestimonio Kupieczko sibi per dominos Capitulares factam deduxit ac in

medio domiorum Capitularium exposuit, quomodo
hoc ipsum prestimonium existens iam extenua-
tum, a circumcirca sibi vicinis, nec ullum
predium habens, ob defectum agrorum cogitur
comitati ad certam pensam siliginis et ave-
nae et possessores eius in victualibus, inde
minime redduntur consolati, propter quod pe-
tijt ut sibi, et suis successoribus eadem siligo
et avena, quae pro Capitulo dantur, relaxeren-
tur, nec ad futuram pensionem successores ipsi
astringantur, domum itaque habito intra se matu-
ro et diligenti consilio concludentes decreve-
runt, siliginem et avenam de prestimonio kupiecz-
ko domino Andreae doctori et in futurum eius
successoribus perpetuis temporibus esse
et fuisse relaxandum, nec se ad perceptionem illius
intromittendum et possessores de eis non inquie-
tandum, exceptis ustaw mellis Crudi et
Criczne, quae semper pro Capitulo provenire
debent, futuris perpetuis temporibus per illius
possessores dandum comitati decreverunt. Ibi-
dem etiam venerabili domino Venceslao Czyrka
tanquam medicto possessori eiusdem prestimonij
eandem siliginem et avenam ab eo retentam rela-
xandam esse voluerunt prout relaxave-
runt prout dicto mediante.

62. Conclusio de domino Parlone deque
dispositione domus suae vnacum
decreto monitorij personalis con-
eum dando facta

Item eodem die et Capitulo quo supra, Coram Rndis, ac venerabilibus domis Prelatis, et Canonicis, quibus supra, venerabilis dominus Andreas Nadbor, Canonicus, et procurator Capli producta Citacon debita, ~~cont~~ exequuta, et cont venerabilem dominum Stanislaum Parlo, Archidiaconum lublinen et Canonicum vilnen ad videndum et audiendum, eundem domo sua privari decta, accusavit contumacia eiusdem domini Parlonis. In cuius contumacia peciit ad privacon et disposicon domus procedi, et procede debere. Et domini Capitulares qui supra pro vota et suffragia unanimi consensu concluserunt, volentes in fratrem quitpia offensa exhibere, quin potius ex humanitate et sinceritate sua, qua ipsum charitative complectuntur ex superabundanti monicionis litras cont eundem dandas, sub pretextu reposicionis pecuniarum centum sexagenarum grossorum unum et monete lithuanae in Capitulo vilnen ~~et termino~~ pro termino et die dominico conductus paschae etiam incepcon et continacon aedificiorum suorum a festo sancti Stanislai in Maijo decreverunt Alioq in eventum in quem pecunia centum sexagenarum pro termino supra expresso non reposuerit, et aedificia non consumavit extunc lapso huiusmodi termino domini ad privacon et disposicon dictae domus processuri prutibus quibusque

63. Pecuniae dividendae per procuratorem Capituli Decretum

8bris 5. 1534. Capitulum Generale autumnale.

Item eodem die et Capitulo quo supra Rndi ac venerabiles domini prelati, et Canonici qui supra unanimi eorum sententia decreverunt, dividendas inter fratres duas sexagenas grossorum vzt de pecuniis dominorum Parlonis, et Nicolai Volborz, pene carentiarum, ob absentiam Capituli generalis anni preteriti, et ob non solutionem per dominum Parlonem incundi ingressus etc.

64. Tunae quinta octobris continuatur et fuit celebratum Capitulum generale in mane ad pulsum maioris Campanae Rndis ac venerabilibus dominis Andrea de Valentinis Medicinae doctorem, Georgium Chwalczowski Cantorem, Joannem Silvium Amatum Juris utriusque doctorem, Venceslaum Czirka Juris doctorem, Andream Nadbor, Joannem Benedicti Medicinae doctorem, Joannem Cwiczki Erasmum Eustachij prelatos et Canonicos, in locum solitum capituli congregatis

65. Dationis mellicae ex kupieczko in futurum dandae ordinatio

Item eodem die, et Capitulo quo supra Rndi ac venerabiles domini qui supra, considerantes nonnullas differentias esse in datione mellica, quae solet obvenire ex praestimonio kupieczko, ita quod nonnunquam pecunia et aliquando mel dantur non autem in aequali numero, propter quod hoc pruti decreto fieri voluerunt, ut singulis annis, accolae praestimonij kupieczko ustaw mellis Rndi et non pecunia Capitulo solvant

8bris 5. 1534. Generale autumnale Captm. 19

66. Domino doctori Siculo domus mu-
ratae acialis per optione concessio

Eodem die et Capitulo quo supra Rndis ac
venerabilibus domis Capitularibus Capitulis
praesidentibus et negotia capitularia tractanti-
bus ac ad provisionem domorum vacantium pro-
cedere volentibus Rndo pri domino Joanni
Silvio Amato Juris utriusque doctori Confratri
suo domum aciale muratam post privationem
Rmi domini Pauli dei gra Epi Lucerien. etc. et Ar-
chidiaconi Vilnen. facta tum etiam morte Vene-
rabilis domini Nicolai Volborz tanquam illius incolae
vacan. eandem per dictum dominum Joannem optati
et petenti attento quod sibi secundum semen competebat
et propter meliorationem domus quam se vero facere
in ea offert sub conditionibus inferius descri-
ptis concordi voto et sententia dederunt et con-
cesserunt Ita primum quod infra quadriduum domum
suam quam nunc inhabitat illi cui ex ordine dabitur
et concedetur renunciabit et evacuabit et sibi
datam intrabit secundum quod reponet viginti quinque
sexagenas grossorum pro tegenda et edificanda
domo in Capitulo hinc infra decursum duo-
rum mensium tertium quod solvet taxam domus
unas sexagenas grossorum ac introitalium seu
incundi ingressus tertiam et quod dimittet solidum
domus muratae quam possidet venerabilis dns
Andreas Radbor unacum domo quam inhabitat

8bris 5. 1534. Capitulum Generale autumnale

et robora pro ea excisa ibidem relinquet. quibus conditionibus idem dominus doctor acceptans domum adhesit, et eas se servaturum promisit

67. Domino Doctori Czyrka domus concessio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rndi ac venerabiles domini prelati et Canonici capitulo congregati post cessionem et renuntiationem domus per Rndum dominum Joannem Silvium Amatum factam eandem venerabili domino Venceslao Czyrka Juris utriusque doctori et Canonico uti in optione seniori dederunt et concesserunt hac sub inferius descriptis conditionibus, videlicet primum ex edificabit domum et faciet in illa meliorem conditionem, et quod solvet taxam domus unam et alteram incundi ingressus sexagenas grossorum quam concessionem idem dominus Venceslaus Czirka ratham gratam atque firmam habere voluit et eas conditiones se expleturum obtulit

68. Consensus arende Vonyalgowo

Rndi ac venerabiles domini prelati et Canonici ex contractu inter venerabiles dominos Georgium Chwalczowski Cantorem et dominum Venceslaum Czirka Juris doctorem et Canonicum facto occasione Arende Vonyalgowo portionis eiusdem domini Venceslai Czyrke Arendam fieri debere admiserunt et consensum prebuerunt

69. Continuatur Capitulum generale

Die Martis sexta Mensis octobris per Rndos ac venerabiles dominos Prelatos et Canonicos in mane hora solita Capitulo congregatos

6. 8bris 5534 Capitulum Gnrale autumnale. 20

70. Prorogacio domino Andreae Nadbor pro perficiendis aedificijs domus suae

Rndi, ac venerabiles domini Praelati, et Canonici capitulariter congregati, ad petitionem Rmi domini Joannis Choyenski dei gra Epi Przemislien. per suos nuntios, apud se factam, venerabili domino Andreae Nadbor termini perficiendi et explendi conditiones de aedificijs domus suae, tempore eius acceptionis obligatas hinc, ab egressu sacrae Regiae Mat. à Civitate Vilnen. unius anni continuaverunt, et prorogaverunt, quatenus exacto anno, conditiones obligatas in aedificijs perfice curet

71. Arendae doctoris siculi admissio

di ac venerabiles domini quibus supra Rndo
domino Joanni de Domanowo Preposito vilnensi
humiliter in sua aetate domum postulanti
viginti Trabes seu robora e silua ponari
excidenda pro aedificio soli Joannis plebana-
tus concesserunt et hoc ne traheretur in se-
quellam aliorum concedentium.

1536. 8bris 5 4. Capitulum Generale Autumnale.

120. Mellis de kupieczko conclusio

Eodem in mane die et Capitulo quibus supra
Ad relationem Rmi domini Andreae
de Valentinis Decani, et Canonici vil-
nen. et Pstimonij ~~Dongalgowo~~ kupieczko possessoris
factam, quomodo subditi illius prae-
stimonij ad solutionem integri ustaw mellis
secundum eius valorem propter eorum agros qui
sunt eis adempti unacum mellificijs non
possunt sufficere, propter quod mandaverunt
et concluserunt domini, ut sex sexagenas
grossorum pro uno ustaw mellis Capitulo soluant

121. Continuatur Capitulum ge-
nerale Die ~~Iouis~~ Veneris sexta octobris
per Rmos ac venerabiles dominos Prae-
latos et Canonicos quos supra fuit Ca-
pitulum generale celebratum, et continuatum

122. Decretum Quietantiae Domino Ulrico

Eodem in mane et Capitulo quo supra Rmo
et Rmis dominis Georgio Chwalczowski
Dpo Luceoriensi, Andreae de Valentinis
Decano, Joanne Silvio Amato Juris utri-
usque doctore Mgro Stanislao Dzembrowka
Venceslao Czyrka Juris doctore Joanne
Erasmo Eustachij, Alexandro de Pesse-
tis Praelatis et Canonicis Ecclesiae Cathedra-
lis Vilnen. pro Ecclesiae et Capituli nego-
tijs tractandis, Capitulum congregati
ad petitionem famati domini Joannis Hosty-
olim Ulrici filij Tribuni Castri Vilnen.

de et super literis quietantiarum factam, una-
nimi eorum voto et assensu literas quietantiarum
super Areis per olim parentem eius pro mo-
lendino Sacrae Regiae Maiestatis Capitulo adempto
in quibus ipse Molendinum muro erexit
dandas decreverunt, ac indemne, dummodo
Sacra Regia Maiestas Privilegium libertatis
super Taberna per eos ab olim Nicolai Advo-
cati consorte empta concesserit et manibus
eorum consignaverit reddere promiserunt

123. Obligatio Domini Archidiaconi

Anno quo supra die vero quo supra In mei
Notarij Capitularis infrascripti et testium
infrascriptorum, ad hoc vocatorum specialiterque
rogatorum presentia, personaliter constitutus
Reverendus dominus Josephus Jasienski Archi-
diaconus Vilnen satisfaciendo conditioni-
bus de aedificanda domo Aciali sibi in solidum
cum venerabili domino Stanislao Parlo
Archidiacono Lublinen et Canonico Vilnen
concessa, se se submisit et obligavit, has
conditiones à Capitulo exceptas completurum
hoc vocatus huic ad triennium in eadem domo con-
ditionem meliorem facere, et quod ipse eam non
dimittet neque cedet pro Archidiaconis suc-
cessoribus, sed illa rursus ad Capitulum de-
volvetur, presentibus ~~Notarijs Cum~~ Joanne
Strzambosch in maiori Vaverka plebano
Alberto Jassienski Magistro Cognitae Reverendi
domini Episcopi Vilnen Meque Nicolao de Lomza
scriba Capituli

1536. 8bris 6. Generale autumnale Capitulum.

124. Mulieris Mantellatæ in tuitionem Dominorum de capitulo receptio

Item eodem die et Capitulo quibusupra coram Reverendis ac venerabilibus domino Prælatis et Canonicis quibusupra personaliter constituta honesta Margarita mulier Mantellata quæ se se dixit ob certas rationabiles causas ab aliis seiunctam in medio dominorum de Capitulo tunc præsentium lachrimose se fuisse miserabilem personam dixit nec tutè commorari in Civitate Vilnen. propter fratres minores de observantia ordinis sancti francisci quorum ipsa tertiam regulam profitebatur posse eo quod se se meticulosa præbuit fuisse quod possit ab eis comprehendi Iccirco dominos humiliter postulavit quatenus eandem in tuitionem et defensionem Iurisdictionis eorum exciperent et ad aliqua servicia obeunda deputarent Et domini capitulares quibusupra unanimi eorum voto ac sententia prout meritò erat opitulari miserabilibus personis eandem mulierem Margaritham in tuitionem suam receperunt ac in Iurisdictionem Capitularem admiserunt quam ad locationem tum etiam ad refectionem sacrarium vestium et aliorum ornamentorum et aparatuum Ecclesiasticorum constituerunt et deputaverunt ac per me Notarium eisdem fratribus ea intimanda fecerunt et commiserunt

no 4a.

7. 8bris. Sabbatho

1536. Generale autumnale

125. Continuatur capitulum generale

Die Sabbati, septima Mensis octobris, per Rpndos, ac venerabiles, dominos Prelatos, et Canonicos, excepto tunc, q venerabilis dominus Erasmus Eustachij, absens erat, et fuit Capitulum celebratum.

126. De debitis capitularibus per procuratores non repetitis conclusio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rpndi ac venerabiles domi prelati et Canonici tractantes inter se varia negotia Capitularia, et precipue in animo sibi revocantes, q debita Capitularia et signanter, pecunia quae domis Capitularibus in dies pro refectionibus, et quotidianis distributionibus datur, à domis procuratoribus no in tempore a creditoribus extorquetur, propt quod fres in Ecclia laborantes no parvam incomoditatem paciuntur, proinde hoc praesenti decto concluserunt et statuerunt ac in futurum servare voluerunt, q si domi procuratores in exigendis, et repetendis debitis capitularibus, et precipue pecunia, quae domis Canonicis pro refectionibus datur negligentes et irremissibiles fuerint, extunc domi procuratores de proprio ~~erario~~ Erario ea Capitulo persolvat, quemadmodum hoc in Rmo domo Epo Lucerien factum est

1536. 8bris 7. Sabbat. Capitulum Gnrale autumnale

127° Absolutio domi Custodis ab impetitone sanctuariorum Ecclie

Item eodem die, et Capitulo quibusupra, coram Rndis, ac venerabilibus domis Prelatis et Canonicis, capitulariter congregatis, quorum in medio venientes Sanctuarij Rustici Ecclie Sancti Stanislai, suam oppressionem, et iniuriam eis à Rndo domino Paulo de Ciechonowycz Custode illata, per cedulam in medio dominorum de Capitulo producta grani in querela exposuerunt, et deduxerunt, Petentibus illis de remedio opportuno provideri, ab istas angarias eis moderari. Ibidem incontinenti Rndus dns Paulus Custos produxit Concordiam de mente et speciali Commissione sacre Regie Mat. factam, circa quam petijt se conservari et ab impetitione et instantia dictorum sanctuariorum absolvi. Et domini Prelati qui supra visâ Concordiâ, et ea debite intellectâ attento, quod sit de mente sacre Regie Mat. tum etiam de unanimi consensu sanctuariorum facta eandem in suo esse et robore conservarunt, et dominum Custodem ab instantia et impetitione sanctuariorum absolverunt.

128° De permutatione facta agrorum in prestimonio Irzescha

8bris 7. Sabbat. 1536. Generale autumnus. 54.

53

literarum per domi Doctorem solfa, à Capitulo pro permutantibus petito

Item eodem die et Capitulo Rndus dns Joannes Benedicti, Confrater et Canonicus per suas lras, ad Rndum dominum Joannem Andreae de Valentinis Medicinae doctorem decanum et Canonicum intitulatas dominos de Capitulo postulavit, quatenus ipsi lras consensus sui Nobilibus super permutatione terrarum inter ipsum doctorem Joannem ac etiam nobiles Jacobum et Joannem Stoczkonicz pro meliori conditione et comoditate praestimonii sui facta darent et concederent. Et domini Capitulares quibus supra auditis fratris sui Benigne literis prius remissores illuc mittendos voluerunt quemadmodum hoc dominis procuratoribus quiescerent

129. Consensus Rusticorum de Prestimonio hanyewicze ad equalem divisionem inter eos fiendam terrarum

Eodem in mane et Capitulo quibus supra venientes in medium dominorum Capitularium subditi de praestimonio venerabilis domini Alexandri de Pessentis Canonici dicto hanyewicze in pruntia eiusdem domini Canonici unanimi et concordi voce à dominis Capitularibus praebentes suum consensum, pe-

tierunt, et postulaverunt, quatenus domini de consensu eorum possessoris, eos ad aequalem divisionem terrarum fiendam, admitteret sedem quae consuetudo divisionis inter eos faciendae id exigit. Et domini in nullo contradicentes petitioni eorum, eos ad divisionem terrarum admiserunt, ac in superintendentem huiusce divisionis Nobilem dominum Franciscum Ostrowsky, de consensu eiusdem domini possessoris assignaverunt.

130. Conclusio Capituli generalis

Eodem die, et mane, Capitulo quibus supra, Rndus dominus Venceslaus Czirka, Iuris utriusque doctor, Canonicus Et pro domino Andrea Nadbor, procuratorem in locum suum substitutus de voluntate et assensu omnium dominorum, tunc praesentium, petiit ac instanter postulavit Capitulum generale, nuper pro dominos celebratum concludi, et ea omnia in eodem gesta, facta, sententiata conclusa, rata firma, roburque perpetuum haberi pronunciari decerni. Et ibidem Egregius vir dominus doctor Siculus, tanquam praesidens Capitulum in dei nomine conclusit, ac illis omnibus actis et factis perpetuum robur decretum, pariter et firmitatem, apposuit, in contumaciam, omnium fratrum citatorum

et nō comparentium, quos in pœnā statutariam incursuros declarauit

131. Receptio Mgri Valentini Canonici per Rm dominū Epm nostrum nouiter de Mensa creati. Jouis de septima decembris

Ad relationē venerabilis domini Joannis Kuniczki procuratoris Capituli, mihi Notario Capitulari factam, ex venerabilis vir Mgr Valentinus, per Illustrem Principem et Rm in Chro prem, et dominum dominum Paulum de gra Epm vilnen et dnc olschanen Canonicus de mensa et fundo decē Sanctarum in Bonis Mensæ Episcopalis dictis Medniki nouiter creatus, tenens et habens suis in manibus, litteras suæ creationis seu verius Institutionis, dominos de Capitulo vezt Mgrum Stanislaum Dembronka, Venceslaum Czirka ac prædictum dominum Joannem Kuniczki Canonicos et duos ex eis procuratoris, earum vigore requisiuit ac debita cum instantia ~~postulauit~~ postulauit, quatenus ipsum eundem in Ecclesiam ac ad præbendam et Canonicatum et Canonicum supernumerarium reciperent inducerent imponerent et immitterent stallum in choro locum ac voce in Capitulo assignarent, quod domini quibus parere volentes mandatis ut par est sui pre-

1536. Decembr. 7. Extracapitulariter Installationes.

fecerunt, ipsumque Canonicatus et prebende extra numerum duodecim participantium realem et corporalem possessionem antedicto domino Valentino Canonico nomine recato ac stallum in choro ultimum locum et vocem in Capitulo, sedemque Canonicis nomine recatis competit Recepto tamen prius ab eodem domino Canonico recato, de observandis Iuribus consuetudinibus statutis et decretis laudabilibus huius Ecclesie et Capituli solito corporali Iuramento, quod in animam suam tactis sacrosancti Evangelij scripturis fecit assignaverunt prebendas quibusque dominis Canonicis

132. Annus et Indicio mutant 1537.

Receptio Rndi domini Stephani Grabia Prepositi Gieranonen ad scholastriam morte domini Iacobi Staschkowski vacante

Anno domini Millesimo, quingentesimo trigesimo septimo, Indicione decima, Pontificatus sanctissimi in christo patris, et domini nostri, domini Pauli divina providentia Papae tertij feliciter modni, Anno eius tertio die vero Mercurij decima Mensis Ianuarij hora tertiarum vel quasi in Ecclesia Cathedrali sancti Stanislai Vilnen infra decantationem sextae et Nonae divinarum horarum, et in mei Notarij Capitularis, ac testium infrascriptorum presentia, Constitutus personaliter

Januarij 10. 1537 Extracapitulariter. 56 55

Venerabilis vir dominus Stanislaus Dambrowka, ar-
tium Magister, Canonicus Vilnen. Procurq. le-
gittimus Rndi patris domini Stephani Grabija
Prepti in murata Gierancij infulati de omnis
onere et mandato per publicum Instrumentum
plena fides habebatur, tenens suis in manibus
lras Institucionis seu verius provisionis ex
vi expectativae per Rm in chro prem. et dnm
dnm Paulum dei gra Epm Vilnen. et ducem Olscha-
nen. Illustrem in persona sua dnacionis factae
quarum vigore venerabiles dnos viros Joan-
nem Kunczki tanq procuratorem Capituli, Bar-
tholomeum Cawnen. Canonicos Eccliae Vilnen. debi-
ta cum instantia requisivit, quatenus eundem
in persona sua principalis in et ad realem
actualem et corporalem scholastriae in ipa Eccla
Cathedrali Vilnen. morte olim Rndi patris
domini Jacobi Sthaschkowsky, Cracovien. Sando-
mirien. Canonici eiusdemq scholastriae ultimi
et immediti possessoris vacan. possessionem impo-
nerent, immitterent ac inducerent, stallum
in choro locum ac vocem in Capitulo eidem
assignarent. Et domini Capitulares qui supra
volentes parere et obedire mandatis sui superiorum
ut par erat, visis ac lectis lris Institucionis
descendentes ad portam maiorem Eccliae di-
ctum dnm Magrum Stanislaum Dambrowka

1537. Martij 28. Extracapitulariter. Receptio Cañci de mensa creati

tanq̃ procurem legittim, antedicti domi Ste:
phani Grabija praepti Gieranonen, in per:
sona suae donationis, in et, ad dictae Scholastriae
taliter ut permittitur, vacan realem corpora:
lem possessionem, uniserunt induxerunt, et
imposuerunt, Sthallum in choro in dextra
parte penes Archidiaconum ~~[illegible]~~ locum ac voce
sedm q̃ praelatis competit, assignaverunt, recepto
tamen prius ab eo de observandis Juribus sta
tutis, ecclae et Capituli solito corporali Juramento
quod tactis sacrosancti Evangelij scripturis
in animam sui principalis fecit, praesentibus do:
minis Capitularibus quibusdam Mag Nicolao de
Lomza Capituli scriba.

133. Receptio domi Andruschowicz
Canonici de mensa creati

Anno domi Millesimo, quingentesimo tri:
cesimo septimo, die vero Mercurij vige:
sima octava Mensis Martij, Venerabilis
Joannes Andruschowicz Canonicus de
Mensa noviter p Rmo in chro praem et
domi domi Paulum de Gra, Epm vilnen
et ducem, olschanen Illustrem, creatus
Plebanusq̃ lideu et Miniscen habens suis
in manibus, lras suae provisionis et crea:
tionis, sub titulo et sigillo suae Rmae pr̃ti
emanatas, et in persona eiusd domi Joannis
Canonici, emanatas, earumq̃ vigore, Venera:
biles viros dominos Mgrum Stanislaum de Xbro:

Martij 28. 1537 Extra capitulariter 57 56

wka. Venceslaus Ciriba Joannes Kuniczki Canonicos
in presentia Rndorum dominorum Joannis de Do-
manowo Preposti Ecclesie Pauli de Ciechonowycz
Custodis, et Josephi Jasienski prelatorum Ec-
clesie Vilnen. debita cum instantia requisivit
quatenus ipsi eundem dominum Joannem Canonicum
in et ad dicti sui Canonicatus, uniter ut
dicitur extra numerum duodecim participantium
creati, possessionem imponeret inducerent
ac immitterent, eiusque possessionem realem actua-
lem et corporalem possessionem assignaret
ac stallum in choro, locum et vocem in Capitulo
darent et designarent, domini vero Capitu-
lares volentes tam precipitanter in huius-
ce negocio quicquam agere, sed mutuo consul-
tari habitis intra se tractatibus et scru-
tiniis antedictum dominum Joannem Andruscho-
wycz Canonicum de Mensa cantum recipiendum
sub rotihabitione Capituli generalis volue-
runt, et descendendum ad portam maiorem
eundem in Ecclesiam imposuerunt inducerent
ac immiserunt, dictique Canonicatus supremum
realem corporalem et actualem possessionem
stallum in choro ulnam a leva parte vocem
in Capitulo sedem quam Canonicis cantus competit
assignaverunt, et eum in confratrem recepere
recepto prius ab eo de observandis Juri-
bus statutis dictis consuetudinibus dictarum

1537. Maij 27. Sabbato Particulare Capitulum

Ecclie et Capitulo solito congregato. ꝑ
tactis sacrosanctis Euangeliis de ꝑtinentijs in
manu sua dedit, ꝑsentibus domino Guilielmo
Mey Nicolao de Lonza Canonicis Ecclie hui⁹

Sabbato xxvi May 1534 Renuntiatio et cessio oblationum pe-
cuniarium pro perpetuis vicarijs
ecclie per sacra Regia Mtem fundan

Rñi et Rñdi ꝓbi. domini Pauli de Nigris Dei
et Apostolice Sedis gratia Episcopi Vicen. et domini Nicolai de Schomberg eadem gratia tituli Sancte Crucis in Hierusalem Presbyteri Cardinalis Capuani Archiepiscopi Neapolitani Regni Sicilie ultra Pharum Primatis Legati de latere Sanctitatis Domini nostri Pape Clementis Vij Camerarij et Domini Domini Gregorij eadem gratia Tituli Sancti Clementis Presbyteri Cardinalis Ferrariensis Archiepiscopi Capu

Junij 8. 1536. Particulare. excitaõe ad opões 58 57

135. Optio domûs muratæ acialis morte olim domi doctoris siculi vacan p dominum Erasmu Eustachij facta

veneris viii Mensis Iunij

Rmo Rndis ac venerabilibus domis vcrt Gergio Chwalczowski Epo luceorien Cantore Magistro Stanislao Dambrowka Venceslao Czirka Iuris doctore, Ioanne Cmyczki Erasmo Eustachij Bartholomeo de Cawna Prelatis et Canonicis pro opcon domûs acialis muratæ Necnõ Prestimonij korzen, per mortem et obitum olim Rndi patris domi Ioannis Silvij Amati Iuris utriusq doctoris et eorundem ultimi et immediti possessoris vacan capitulater congregati, et in termino diei hodiernæ post publicacon exequucoinq Citacõnis de statuto factam, Venerabilis dominus Venceslaus Czirka Iuris doctor, procuratorq Capituli, pductâ Citacon debitè, exequutaõn et singulorum fratrum domiorum Canonicorum contumatiã, accusavit, et in eorum contumatiam, ad option domûs et Prestimonij antedictorum sic ut premittitur vacan, procedere et procedi mandari per dominos postulavit. Ibidem Venerabilis dominus Erasmus Eustachij Canonicus et Confrater, per intermissionem optionis

1537. Junij 8. Capitulum Citatione ad optionem convocatum

ab alijs dominis fratribus vocacionem prioribus
factam vocat Mgri Stanislai Dembrowka
Doctoris Ozicka, et Joannis Cuniczky dicta
domum in possessionem dari peciit ac humiliter
postulavit, promittens et offerens se se
in eadem Conditionem meliorem facere, ac eam
tegere et muro cingere, domum ~~[illegible]~~ itaque vo
lentes ut eorum vota sint liberiora domino
Eustachio Canonicum foris exire fecerunt
ac intra se tractantes domum prepetitam
unanimi voto et sententia eidem domino
Eustachio in possessionem dandam et concedendam
non negaverunt hac Conditione apposita
quod vocat idem dominus Eustachius domum
antedictam imbricibus teget, eamque muro ci
get et in alijs aedificijs sibi necessarijs aedifi
cabit, huic ad triennium, et facta conclusione
dictum dominum Erasmum Eustachij confratrem
suum advocaverunt, domumque antedictam in pos
sessionem temporibus vitae suae cum Conditio
nibus supra expressis dederunt et conces
serunt ac eiusdem possessionem realem cor
poralem et actualem, per procuratores capli
cum omnibus eius rebus, scamnis membranis
Mensis et alijs in ea pro aedificio spectan
tibus vocat lateribus tegulisque assignari fe
cerunt, quemadmodum assignaverunt in effectu

Junij 8.

Citatione convocatum 1537 ad optiones Capitulum. 59

Necnon claves domus sibi consignaverunt, domum vero quam ipse dominus Eustachius habet et possidebat, vacare decreverunt. 58

136 Prouisio de domo vacan domino Bartholomeo de Cawna confratri

Eodem die et Capitulo quibusdam venerabilis dominus Venceslaus Czirka Iuris doctor et Canonicus ut et tanquam procurator Capituli in medio dominorum de Capitulo domum ligneam quam venerabilis dominus Erasmus Eustachij possedit, et de ea post optionem et consignationem sibi in possessionem alterius cessit ac renuntiavit vacare proposuit, quam venerabilis dominus Bartholomeus de Cawna optavit ac eam in possessionem eidem dari postulavit, domum itaque ut sint vota eorum liberiora, dominum Bartholomeum extra locum Capitularis exire fecerunt, et habitis mutuis intra se tractatibus domum ante petitam domino Bartholomeo unanimi eorum voto ac consensu dandam decreverunt, prout in effectu dederunt ac eius realem corporalem et actualem possessionem assignaverunt, sub ea lege, quod vero in eadem meliorem conditionem faciet, et eam pro posse suo reformabit.

137 Optio et prouisio prestimonij korrzen morte olim domini Doctoris sicuti vacan domino Erasmo Eustachy confratri facta etc

Junij 8. 1537.

Capitulum p citationē ad optiones convocatum

Item eodem die, et Capitulo quibusvis, venerabilis ac egregius vir dominus Venceslaus Czirka in medio dominorum de Capitulo, proposuit Praestimonium seu praestimonialem portionem, quam olim Egregius vir dominus, doctor siculus in possessione habuit vacare, cuius ad optionem et provisionem per dominos procedere et procedi mandari postulavit. Ibidem venerabilis dominus Erasmus Eustachij Canonicus et confrater attendens quod nullus in operam prior hanc portionem praestimonialem, aptare voluit petijt sibi de eadem provideri, et in possessionem dari, domini itaque habentes intra se mutuo tractatu super hoc, unanimi eorum assensu, eidem domino Erasmo Eustachij hoc ipsum praestimonium quod dominus doctor siculus, dum in humanis ageret tenuit dederunt et concesserunt, suumque quod habuit vacare pronuntiaverunt, salvis tamen fructibus et proventibus pro Capitulo spectantibus. Et nihilominus hoc idem praestimonium, cuius dominus Erasmus Eustachij possessor extitit, in Gubernationem et dispositionem huic ad futurum Capitulum Generale dederunt et concesserunt ac commiserunt.

138. Domini Doctoris Czirka pro Doctore solfa petito eiusdemque mentis declaratio

Item eodem die, et Capitulo, quibusvis, venerabilis dominus Venceslaus Czirka, Iuris doctor et Canonicus, in medio dominorum Capitularium

Junij 8.

Convocatum per citationem 1537 ad optiones, Capitulum. 60 59

inventem ac voluntatem Rndi domini Joannis Be-
nedicti, sacrae Regiae Mat. physici, uti ex prae-
scripto suae dominationis delatam habuit, decla-
rat, quemadmodum idem dominus Joannes Bene-
dicti, praestimonium Korzeń in possessionem sua
concedit, sinque renuntiare et de eo cedere vellet,
Petens et id nomine suo a suis dominationibus postularet
Et domini unanimi eorum sententia, animadvertens
ex dicto praestimonio domini Doctoris Joannis Rze-
scha, pro communitate, designaretur, et frater
vocatum minor, aliqua summa certa pecunia-
ria contentus efficeretur, qui praestimonio
carent possit ex inde commoditas, communita-
ti non minor obvenire, petitionem, ac questio-
nem propositam, huic ad futurum Capitu-
lum generale, pro eius ultima conclusione
distulerunt, super qua tunc tractaturi sunt

139. Controuersiarum Dominorum Joannis
De Domanowo Praepti et Venceslai
Czyrka Doctoris ac Canonici, moderatio.

Eodem in mane die et Capitulo quibus supra
Rmis ac Rndis in Chro patribus dominis
Paulo dei gra Epo Vilnen et duce Olschanen
Georgio Chwalczowski Epo Luceorien, Jose-
pho Tassinski Archidiacono, Paulo de Czecho-
nowicz Custode, et aliis, ~~quam plurimis fidedignis~~
~~testibus~~ dominis Canonicis, tunc praesentibus

Junij 8. 1536. Convocatum per Citationem ad Optiones Capitulum.

et Capitulo interessentibus, Coram quibus
Rndus dominus Joannes, de Domanowo Præ
positus, cont. Egregium virum dominum Ve
ceslaum Czirka, clarâ et intelligibili voce
grani in querela proposuit, ac deduxit
quemadmodum idem dominus doctor Czirka, ta
que ab eodem nulla iniuria lacessitus, passim
tum suis scriptis tum etiam dictis infamat
asseverans eundem falsæ et indebitæ et non secundum
veram narrationem, apud sedem apostolicam facta
super defectu et mutilatione casuali, eius me
brorum digitorum litteras dispensationis suæ im
petratas obtinuisse, eumque ad sacros cleri
corum ordines male ac minus legitime pro
motum fuisse et Beneficiorum possessorem
inabilem esse, pluresque alias invectivas
cont. honorem suum et statum faciem in
eum dixisse, quum apud omnes utriusque status
homines cognitum sit ea sibi, secundum quod apud
sedem apostolicam exposuit in tali casu
obtigisse, Petens humiliter sibi de reme
dio oportuno, provideri et finem rebus
huiusce scandalosis per suam Rmam pa
ternitatem imponi. Ibidem venerabilis
dominus Venceslaus Czirka Iuris doctor
et Canonicus astans Rndendo ad obiectam pro
positionem et querelam factam, quod ipse, ali
quid in dominum Præpositum, id pro inni
1, fet. ria Christi et veritate dixit, quum ipse

Junij 8 Convocatio 1537 Capitulum cum Eppo. 60

ipsa dispensatio ipsius domini Praepositi, ex qua-
tuor eius qualitatibus, appareat esse illegi-
time obtenta. Et non secundum veram narra-
tionem impetrata. Nam ubi in ea dicitur, fuisse
eum Magistrum et Graduatam personam, quum tum fuerit
simplex Rector scholarium, quod etiam dicitur
in eadem emendavit clericum, qui eo maioren-
nis fuit et non virga sed baculo eum percus-
sit deinde, in eadem dispensatione asseritur cu-
tello magno, quodquidem gladio duos sibi
digitos sectos esse, unde clare et liquido con-
stat non secundum veram narrationem secum dispe-
satum fuisse, et si dispensatum esset quod sit
non tamen, ad obtinendas dignitates pri-
mas in ecclesijs cathedralibus, sed ad mini-
sterium altaris tum Reflicanti dominus Joannes
Praeptus dixit, ac si dominus Doctor Curka
vult se mecum obligare et se inscribere, ad
poenam talionis ad quam ego me subijcio, in
eventum in quem non probaverim triplici
statu hominum, saecularium nobilium et igno-
bilium ac etiam spiritualium, sacerdotum, quod res
non se aliter habet, nisi quemadmodum ego expo-
sui et secundum meam veram narrationem litteras
meae dispensationis reportavi. Et inter tot
disceptationes et controversias inter eosdem
dominos factas, Reverendissimus dominus Episcopus vilnensis
Et ipse dux olschanensis Illustris, unacum

1537. Junij 8. Convocatum Capitulum ad Praesentiam Eppi.

suo frequenti Capitulo, volentes huiusce rebus
quae non parvum in populo generat scan-
dalum viam praecludere et eas penitus ex-
tinguere, ac moderare dictis dominis, ex
loco Capituli abire ut essent in votis libe-
riores fecerunt, et inter varia scru-
tinia per vota et suffragia singulorum
dominorum de Capitulo votifancium conclu-
dentes poenam pro mensa ordinaria, vel
quingentorum aureorum Boni et iusti pon-
deris valuerunt et interposuerunt ne
unus alterum tum per se tum per submissas
verbo facto et scriptis molestare perturbare
convitiari infamareque audeat, sed
in Bono esse amo et pace ac quiete, et
si alicui intest non hic sed apud sedem
apostolicam litis aleam experiantur, quae decta
et conclusa, accersitis eisdem dominis, ea eis
pro Bono pacis retulerunt et eos ad Bo-
nam et amicabilem compositionem deduxe-
runt praecipientes et districte mandantes
quatenus ea laudata et composita robur
perpetuae firmitatis habeant, quae per stipu-
lationem manuum factam et deosculationem ab
eis ambo habita, ea omnia praemissa se
se sub penis antedictis sponte submiserunt.

140. Veneris xviii Junij

Concessio roboris domino Dpo Luceori;

Rndi ac venerabiles pres domini Mgr ensi

Junij 18. Convocatum 1537. Capitulum

Stanislaus Sambrowka, Venceslaus Kirka, Jo-
annes Kmiczki, Bartholomeus Cawneu, Ca-
nonici Ecclie Vilnen. frequenti Capitulo pro
tractandis negotijs, capitulariter congre-
gati. Ad petitionem Rmi in Chro pris do-
mini Georgij Chwalczowski, dei gra Dpi
Luceorien. Cantoris et Canonici Vilnen.
unie vocis oraculo per suam Rmam pater-
nitatem factam, unam sexagenam con-
dimidia tignorum seu roborum, supra Ri-
pam fluvij iacentium, veluti sua Rma
paternitas retulit, per laicos e silua
ponari, furto eductorum Resarcien. suae
praesentati damna quae etiam habuit, dum
robora ad aedificia ponari ex Giedroczie
conducebat ad suum plebanatum Giedro-
czie eadem dederunt et concesserunt. Prebe-
tibus domis Capitularibus quibusvis Meq
Nicolao Lomzen. scriba Capli.

141. Receptio ad Canonicatum et prebe-
dam domini valeriani Notarij sacrae
Regiualis Maiestatis per liberam re-
signationem Rmi domini Stanislai Farlo sabbato
Dpi Przemislien. vacan. 1537. iiii Augusti

28. 7bris. 1537, Generale autumnale 63 62

142. Anno domi Millesimo quingentesimo tricesimo septimo Indicone decia

Pontificatus sanctissimi in chro patris et domi nri domi Pauli divina providentia Papae tertij Anno eius tertio, die vero Veneris vigesima octava Mensis Septembris, ad pulsum maioris Campanae, pro Capitulo generali, ex constitutionibus laudabilibus, pro festo celeberrimae translationis divi Stanislai Patroni in autumno concelebrando, et eodem Rndi ac Venerabiles domini Venceslaus Czyrka Juris doctor, Joannes et Andreas Nadbor Joannes Kuniczki Drasinus Dustachij Alexander de Pessentz Bartholomaeus Canonicus Praelati et Canonici Ecclie Cathedralis vilnen capitulariter congregati, et in mane eodem primum audita missa de sancto ab Ecclia in domo Venerabilis domini spu Mgri Martini de Lwowek de prope Ecclia ipsam sittam se se contulerunt, et ad celebrationem continuationemque Capituli generalis procedere voluerunt. Ibidemque venerabilis dominus Venceslaus Czyrka Jurum doctor procurator Capli producta citatione debite exequuta et de statuto Capitulari facta, omnium et singulorum dominorum de Capitulo

1537. 7bris 28. Autumnale Generale Capitulum

Citatorum, nō comparentium, neq; ad Capitu-
lum generale venientium contumacia ac-
cusavit, et in eorum contumacia, penam
contra eos statutariam extendi, et eos eā
mulctari instanter postulavit, Et domi-
nus audita Citatione per me Notarium Capituli in
medio omnium tecta, ad lectionem statutorum
de more et consuetudine in cōtumacia ci-
tatorum nō intessentium procedē et procedi
voluerunt, quorum lectioni tribus diebus
vacarunt, et ad ulteriora processerunt

143. Continuatur Capitulum generale
die Martis, Secunda Mensis octobris
per Rndos, ac Venerabiles dominos Prae-
latos et Canonicos, ad pulsum Campanae
more solito capitulariter congregatos
vzt Venceslaum Kirka, Andream Nadbor
Joannem Kuniczki, Erasmum Eustachij, Ale-
xandrum de Pessentis Bartholomeum de Ca-
wno, et fuit tentum ac observatum

144. Domini Erasmi Eustachij contra-
ciues Cawnen libelli articlati pro
Eodem die et Capitulo quibusdam productio
Coram Rndis, ac venerabilibus dominis Prae-
latis et Canonicis Ecclesiae Vilnen, Venceslao
Kirka, Andrea Nadbor Joanne Kuniczki
Alexandro de Pessentis Bartholomeo de
Cawno. Rndus dominus Erasmus Eustachij

7bris 28. 1537. Generale autumnale Capitulum. 64 63

Canonicus Vilnen. ac Ecclie parochialis in Ca-
wno Rector, producta Citatione debite exe-
quuta, et per me Notarium Capitularem in me-
dio dominorum lecta, libellum Conventionalem,
articulatum in scriptis cont. et adversus do-
minos Jacobum Maczkowicz Advocatum, An-
dream Maczkowicz, Joannem Kozielczik Consules
Civitatis Cawnen. presentes et astantes produxit
Petens eosdem ad respondendum eidem cogi et compelli
Exto famati viri domini Consules Civitatis Cawnen.
comparentes petierunt Copias libelli et obti-
nuerunt cum termino deliberandi hinc ad ffam
septam post festum divi Martini

145. Litterarum exequutorialium per Koziel-
czyk Civem Cawnen. absoletarum productio

Item Eodem die et Capitulo quibusupra fa-
matus dominus Joannes Kozielczik Consul ac
Civis Cawnen. in medio dominorum de Ca-
pitulo tunc presidentium litteras exequuto-
riales iam pridem a sede Metropolitana
con. et adversus quendam Nicolaum Volborz
Canonicum Vilnen. iam pridem vita functum
cuius memoria dominorum presentium excidit
et incensuratum in hacque Ede divi Stani-
slai exhibuit, petens ab eis edoceri. At
domini unanimi eorum assensu eidem respondent
id sua incuria fuisse factum, tam diu

1537. 7bris 28. Autumnale Generale Capitulum.

eundem moranisse, nihilq egisse, ut si ipse locu
tumbae scit ipse, faciat ~~[illegible]~~ Cadaver ad patriam et
consumptum, exhumari, per hoc fuit absolutus

146. Debiti Doctoris Siculi domino Praeptorum
de Anno gratiae per procuratorem soluen

Item eodem die et Capitulo quibus admissio
supra, Rndus dominus Joannes de Do-
manowo Praeptus, exposuit coram domis
de Capitulo, quomodo ab exequutoribus
testamenti, olim doctoris Siculi, in solutione
quatuor suarum grossorum non sibi satisfacto
fuisset, propter quod petijt, ut dominus do-
ctor Cyrka tanquam exequutor de Anno gratiae
suo quem habet eidem satisfaciat. Et domini
attento instam petitionem de consensu eiusdem
solutionem debiti de Anno gratiae doctorum Sicli admiserunt

147. Procuratorum siue quotidianorum
distributorum ad annum futurum electio

Rndi ac Venerabiles patres domini Praelati et
Canonici quibus supra, inter nonnullos tractatus
suos de electione procuratorum Collectorum siue
quottidianorum distributorum, ad quam
procedere volentes, ordinationemque ac electionem
procuratorum in proxime praeterito Capitulo
Generali, reminiscentes, quae fuit inutilis duo-
bus propter eorum exiguum solarium, quod eis
erat constitutum, ita quod commode non possunt

deserviet domus de Capitulo, nec tam parvo sumptu suppeditari, quam veniret pro proventibus Capitularibus in Russiam. Ideo unanimi eorum sententia et voto, ut mos antiquus ac consuetudo antiqua servetur voluerunt, duos procuratores salvâ eorum equitaturâ proventibusque eorundem per omnia salvis elegerunt et deputaverunt, vocat Rndos ac venerabiles viros dominos Venceslaum Czyrka Juris doctorem, Joannem Kuniczki, Confratres suos, ex eo quod nullus eorum propter rationabiles causas Anno currenti commorari hic nequit, quibus omnem potestatem in officio eorum omnia regendi gubernandi dederunt et concesserunt.

148. Pro domino Erasmo Eustachy per dominam Ilinczowa obligatio

Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo septimo, die vero Martis secunda Mensis octobris, In Curia Generosorum dominorum Ilinczowiczy supra fluvium vilna sitta, ac in mei Notarij Capitularis, ad hoc specialiter vocati et rogati simulque testium infrascriptorum presencia constituta personaliter Generosa domina Elizabeth Fredrischowna Comunx olim Generosi domini Joannis Ilinicz non vi dolo metu fraude, neque aliqua alia sinistra machinacione circumventa, sed

1537. 8bris 2. Actus Notarij, extra capitularis

sponte libere, et ex certa, sua scientia ac volun-
tate maturaq deliberatione prehabita, confes-
sa fuit, et in veritate publice, ac expresse re-
cognovit, se se obligatam fuisse et teneri, Bo-
do domino Erasmo Eustachij Canonico vilen-
Canonicum, Kiernovien Posvolien Ecclesiarum pa-
rochialium Rectori, ut Centum sexagenas
grossorum, nunc et monetae lithvanae, ab eodem
sibi in vim mutui amicabiliter concessi, quas-
quidem predicta domina Elizabeth in prompta
ac numerata pecunia, pro sua imminenti, et
pregnanti necessitate tulit, ac in effectu, et rea-
liter levavit. Itaq antedictas Centum
quas grossorum, nunc et monetae lithvanae
in pruti et numerata pecunia, receptas pre-
fata Generosa domina Elizabeth Ilinicz-
owa sub sua bona fide, sine aliqua dila-
tione infallibili pro festo sancti Stanislai mar-
tyris et Pontificis, in autumno celebrari so-
lito, quod futurum erit, die vigesima se-
ptima Mensis Septembris, anni domini Mille-
simi quingentesimi trigesimi octavi, soluto-
ram et restituram, predicto domino Bondo
domino Erasmo Eustachij aut cui ipse comi-
serit, dictam pecuniarum summam, vizt Centum
sexagenas grossorum, nunc et monetae lithvanae
pruti et numerata pecuniae promisit, ac se fir-
miter et inviolabiliter obligavit sine ali-
qua contradictione et impedimento obligavit

eamq obligationem actis Capitularibus inscribi vo-
luit, sub Censuris ecclesiasticis quas in se
reassumere voluit, prout ex nunc reassumpsit
submittens se Censuris, Venerabilis Ca-
pituli vilnen auctoritate eidem concessa
in eam fulminandis, et aliorum quorumcunq
officialium locioordinarij vilnen. Etiam si ipsam
Generosam dominam Elizabeth Aniczowa
extra dioc vilnen fore et in alia quacunq
ipsam commorari tunc contingerit, non premissa
cont eam aliqua monitione Canonica antedi-
cto Venerabili Capitulo, auctoritate sua
seu officialibus locioordinarij vilnen. Cen-
suras ecclesiasticas in eandem dominam Elizabeth
Aniczowa in eventum, q in termino, ex
obligatione ad solvendum eidem constituto, prae-
fatam summam Centum sexagenarum grosso-
rum non solvit, licebit fulminare. Et insuper
quod absit, si eandem Generosam dominam
Elizabeth mortem obire contingerit et p-
dictam summam in effectu eidem domino Erasmo
Canonico non persolvit, vel in termino solutionis
fiendae eidem non satisfecerit. Et idem dominus
Eustachius Censuras cum eandem fulminare
voluit, eisdemq renuntiare voluit, extunc
eidem Bona sua mobilia et immobilia, et si-
gnanter Curia seu Bona Berdowska

incorporata, ab olim marito suo in vim dotis
suae inscripta, et nemini omnique obligata habet
et quamcumque pecuniarum summam, in qui-
buscumque bonis, similiter pro dote sua in-
scriptam. Necnon omnia Clenodia sua, in
auro et argento, Margaritis, vestimentis
quocumque modo preciosis, apud eam con-
sistentes, in praetacta summa Centum sexa-
genarum grossorum obligavit et inscri-
psit, et praesertim eadem Bona Berdow-
ka, quorum possessionem realem et actua-
lem, dat et assignat, cum omnibus eius uti-
litatibus, fructibus proventibus, et ob-
ventionibus universis, ac cum omni pro
prietate dominio et usufructo, et uni-
verso fundo. Ita quemadmodum eadem olim suus
maritus dominus Joannes Thinicz, te-
nuit habuit et possedit, pronti ipsa eadem
in sua dote tenet et possidet, nil exci-
piendo tamdiu tenenda, habenda possidenda
obligandа et utifruenda, et ad quoscumque
usus beneplacitos convertenda, donec prae-
tacta summa, etiam cum damnis et inter-
esse, quocumque eidem domino Erasmo Dustachij
Canonico etc. in recuperanda et repetenda
memorata summa, Centum sexagenarum

corporaleque

grossorum oborundis exacte realiter, et cum effectu persoluta fuit. Renuntiando omnibus et singulis exceptionibus et defensionibus, quibus contra premissa vel aliquod premissorum convenire posset, aut se in aliquo defendere vel tueri in Prutibus ibidem. Venerabilibus domis Valentino arcin Mgro, Canonico de Mensa Vilnen et Plebano in Czarnawczycze Joanne Grodna Baccalaureo et Zacrista Ecclie Vilnen et Nobilibus Jacobo Virzbinski Notario publico familiare dicti domi Canonici et Nicolao Niemijerka, Eiusdem Generosae domnae Elizabeth Tliniczowa familiare testibus circa premissa et me Nicolao de Lomza scba Capli Vilnen

149. Continuatur Capitulum generale Die Mercurij tercia Mensis octobris per Rndos ac Venerabiles viros dominos Venceslaum Czyrka Juris, doctorem, Andream Nadbor, Joanne Kuniczki, Erasmum Eustachij Bartholomeum Cawneum Alexandrum de Pessentz Prelatos et Canonicos Ecclie Vil. pro tractandis capituli et Ecclie negotijs Capitulariter congregatis, et tandem ab eis audita missa de sancto spu in conclavi solito fuit celebratum.

1537. 8bris 3. Generale autumnale Capitulum.

150. Pecuniæ de prestimonio Baxty cõ seruandæ apud procures Capituli

Eodem in mane, die et Capitulo quibus supra Rndi ac venerabiles, prēs quisq̄ domi Prælati et Canonici inter nonnullos suos tractatus reuoluentes, q̄ prestimonium dignoscitur vacare respectu Canonicatus et prebendæ quos Rdus dominus Stanislaus Parlo Electus Przemislien in persona venerabilis domini Valeriani Canonici vilnen et Mednicen sacræ Mtis Regi nalis Notarij ꝯ dimisit et eisdem renuntiauit et illud prestimonium quod nõ est Canonicatui et prebendæ annexum hactenus vacat, propterea quod hesitantes de certa scientia cui debeat cedere an possessori Canonicatus ut ipsi domino Parloni immedito possessori decreuerit ut Starzecz illam pecuniam viginti sexagenas grossorum perferat, et eam deponat, apud procuratores Capituli, quæ tamdiu apud eos mane debet quousq̄ de ea cognitum fuerit an pro possessore vel pro Rmo domino Parlone Electo Przemislien, proueniendo debet Et insuper eidem Starzecz inhibuerunt ne ipse deinceps factori domini Parlonis in aliquo obediat seu moregerat tamdiu donec alicui ex fratribus de eo prouisum fuerit.

151. Optio præstimonij korzen per dimissiõm eius et alterius asse:

Obris 3. 1537. Generale Capitulum 68 67

quutiom venerabilis domi Frasmi Fustachy per domios Alexandru de Pessentis et Bartholomeu Cawnen Korzen

Item eodem, die et Capitulo, quibus supra venerabiles domi procuratores Capituli vczt Venceslaus Czirka Juris doctor et Joannes Kuniczki proposuerunt vacare prestimonium, quod venerabilis domus Frasmus Fustachy in possessione habuit de quo etiam post provisionem et assequutionem alterius dicti Korzen per mortem, et obitum olim domini doctoris siculi, cessit et renuntiavit, vacans. Illud venerabiles domi Alexander de Pessentis et Bartholomeus Cawnen canonici et Confratres, pro se singuli optaverunt ac in possessionem realem actualem corporalemque tradi et assignari petierunt relinquentes hoc voto et arbitrio dominorum. Domi itaque audita dominorum optantium petitionem, eo quod sint concordes in optione foris eos abire fecerunt et tractantes inter se per singula eorum vota et suffragia, prius recensentes, statutum Juratum quod missans non missanti aut presbyter actu non presbytero licet fuerit vocatione prior in optione et provisione prestimoniorum sive domorum debeatur

1537. 8bris 3. Capitulum Gñvale autumnale.

anteferri, ex q̃ comune magis est censendũ q̃
utile privatum. Itaq̃, quia tamen presti-
monium mitto foret concedendũ domino Bartholo-
meo Canonico, sedm̃ q̃ statutum disponit pro
eo, quia tanq̃ presbyter actu nõ presbiteo
domino Alexandro licet fuerit vocatõ pri-
or in optiõ debet anteferri et prior esse,
visum omnibus erat ut domino Alexandro
prestimonium korzen quod p̃ cessionem, et
dimissionem, domini Erasmi Eustachij va-
cat in possessionem daretur et concederetur
prout dandum et concedendũ decreverunt
attento eo q̃ ipse dominus Alexander inser-
viens principibus cõtinua residentia hre
nequid illud vo prestimonium quod conces-
sum est sibi curiam habet, sed prestimonium
Baxti, quod etiam vacat nullum p̃dium habet, do-
minus vero Bartholomeus, qui prius est cõmo-
de poterit, p̃dium instaurare et erigere idq̃
efficere nõ sine modico cõmodo cõmitati p̃t
propt quod illud dandũ nõ recusat dum
modo illud cooptet, et Advocatis utrisq̃
relatis p̃ procurem facta id fieri de-
creverunt p̃stimonium domino Alexandro q̃d
optavit vocat korzen dandũ et concedendũ
in et ad realem corporalem et actualem
possessionem voluerunt, prout dederunt et
concesserunt realiter et in effectu.

8bris 3. 1537. Autumnale Generale. 69

68

152 Optio prestimonij Baxti per dominum Bartholomeum de Cawna fcta

Item eodem die et Capitulo, quibus supra, Rndi ac venerabiles domini Prelati, et Canonici quibus supra, Venerabili domino Bartholomeo de Cawno prestimonium Baxti quod per libera resignacionem Canonicatus et prebende Rmi domini Stanislai Electi Przemislien. vacat, optanti et petenti dederunt et concesserunt, eiusque possessionem realem et actualem assignandam voluerunt, tradique de superioribus dandum decreverunt.

153 Domino Valeriano prestimonij Hanyewicze in Comendam cocessio 1.5.3.1

Item eodem die et Capitulo, quibus supra Rndi ac Venerabiles domini Prelati, et Canonici, Considerantes statutum, ab eis Juratum, in suo robore et esse ab eis fore conservandum et manutenendum, hoc potissimum, quod absentibus, etiam per interpositas personas prestimonia et domos petentibus ac optantibus ipse domus non debent dari neque concedi, Verum, ut ipsum statutum salvum et illibatum permaneret Venerabili domino Valeriano Confratri

1537. 8bris 4. Generale Autumnale Capitulum

nostro, ac sacrae Reginalis Maiestatis secreta-
rio attento, quod ipse illud qui praeest aulae suae
Maiestatis manutenere et defendere commo-
dius possit et valeat, in commendam huic ad
Capitulum generale in Maio dederunt
ac concesserunt, ac possessionem illius eidem
hactenus habendam assignaverunt et litteras
desuper dandas eidem domino, mandaverunt

154. Continuatur capitulum genera-
le die Iouis quarta Mensis octo-
bris

per Rndos, ac venerabiles viros dominos, Ven-
ceslaum Czyrka Iuris doctorem, Andream
Nadbor, Ioannem Kuniczki, Erasmum Dustachi
Alexandrum de Pessentis, Bartholomaeum
Cawney, praelatos et Canonicos Vilnen. et
fuit celebratum de more et consuetudine

155. Petitionis dominorum Doctoris Czyr-
ka et Andreae Nadbor admissio

Item eodem die et Capitulo, quibus supra Rn-
di ac venerabiles domini Venceslaus Czyrka
Iuris doctor, Andreas Nadbor Canonici
et Confratres, in medium detulerunt, quo
domus, maior consistens in Area seu Cu-
ria pro anniversario, Capituli per olim Rn-
dominum Nicolaum Vyeschgal legata fuerit
minus utilis et area illa satis spatiosa exi-
stit, quam in maiori parte stabulum
et illa domus inconveniens inquilinis occu-
pant eorumque aereae, ad locanda aedificia eis

opportuna, ut puta stabulum et ingenus, ni-
mis angusta habent, propter quod dominos de
capitulo summa prece expostulaverunt, ut
eisdem fratribus spatium illius Areae quit-
piam concederetur, et admitteretur, offerren-
tibus se ad Capitulum decem Aureos depo-
nere, seu illa aedificia ad alias Areas Capi-
tulares, que sunt, pro refectionibus trans-
portare, et proprio sumpto reaedificare ac
reficere, dominataque de Capitulo, audita po-
stulatione et petitione dominorum, suorum confra-
trum, que pridie ante remissionem facta fuit, visum
eisdem dominis de unanimi eorum consensu et senten-
tia fuit, partem Areae petentibus dictis con-
fratribus fore dandam et concedendam prout
dederunt concesserunt, et petitionem eorum
admiserunt, limitantes eandem partem
Areae vocat a sepe domini Komczki incipiendo
per transversum, ab angulo stubae nigrae ante-
riori foribus contiguo dominus maiorum illius
Areae usque ad limites et sepes Mazurowa
excluso stabulo sedum per linea dirigitur
possessionem eiusdem dictis dominis confratribus
realem corporalem et actualem assignaverunt
sub ea conditione, ad quam faciendam obligatos
esse voluerunt, per domini Confratres Venceslaus
Czycka, et Andreas Nadbor domus illam

1537. 8bris 4. Capitulum Generale autumnale

eminentiorem, tum et stabulum tum et
alia ædificia in illa area collocata, ad areas
alias Capitulares transportare vel si opus
fuit, in eadem Curia locare, et proprio sumptu
ac impensa alia ædificia reædificare
pro maiorique commoditate capitulari reficere
tenebuntur et erunt astricti, ad quod fa-
ciendum se se idem domini Canonici subiecerunt

156. Rmi domini Epi vilnen petitio

Item eodem die et Capitulo, quibus supra
Venerabilis dominus Mathias dobraticzki
artium Baccalarius, ac familiaris Rmi
domini Epi vilnen. oblatus à sua Rma
paternitate in medio litteris, quæ petitione
et nuntium pro Nobili Albto Tassinski
continebat, de sigillando Privilegio super
Bonis Episcopalibus et Curia lipnicza, unacum
hominibus adiacentibus, per suam Rmam pater-
nitatem in dicti Tassinski Mgri, Concessi
quod in medium exhibuit, et vivæ vocis
oraculo eandem petitionem suæ Rmæ pater-
nitatis per litteras privatas facta non sine mo-
dica præfatione verborum confirmavit
domini vero Capitulares, receptis cum ea quæ
decuit reverentia literis privatis missilibus
tum et privilegii quibus lectis et debite inte-
lectis, comperientes, quod privilegii contextus
in se habuit, inordinatam concessionem, ut
pote nimium non limitatum servitorum, qui fere
videbatur fore non exiguus, tum quod eorum

Coque personam

seruitorum licentiosa de vendendis et alie-
nandis hisce Bonis seu eorum seruitijs et to-
to vniuerso, de consensu sedis Episcopalis et non
Capituli, cuicumque personae cuiuscumque sta-
tus dignitatis et preeminentiae fuerint expres-
sionem et ab Iurisdictione Vicegerentium,
illius loci, exemptionem, tum et onerum aequa-
lium in seruitijs Mensae Episcopali obeundorum
admissionem, petitionem suae Reuerendae paternitatis
haud spernentes, quin priuilegium fuerit
non tam in larga concessione scriptum
pro vota et suffragia, concludentes, de vna-
nimi eorum sententia, in hac sententia suae
dominationi Reuerendae cedere voluerunt, pro
vero priuilegium in alia forma sedium clau-
sulas limitatas transcriberetur, ita ne Mensa
Episcopalis detrimentum seu iactura ob tam
largam munificentiam suae dominationis Reuerendae
patiatur, quod referre suae dominationis et
aliud priuilegium in alium tenorem scribendum et
à sua Dominatione Reuerendae usque ad diem Iouis proxima ex-
pectandum voluerunt eorum decreto mediante

157° Custodis ad siluam ponarij deputatio

Eodem die Capitulo quibusdam Reuerendi ac Vene-
rabiles domini, praelati et Canonici, qui supra
considerantes non exilem denastationem siluae
ponarij, quam ipsi Iure prouidere tenentur

1537. 8bris 4. Capitulum Generale Autumnale.

interim durante Arendâ Bonorum Ponarij, vo-
luerunt, eidem silvae custodem deputare
atq; unanimi eorum voto deputaverunt ac
constituerunt, Schitam Schat dictum, cui
daturi sunt, ad integrum annum ~~duas~~ duas
grossorum quatuor, de pecuniis refectionum
qui silvae indies superintendet, et eam custodiet

158. Continuatur capitulum genera-
le, veneris quintâ Mensis octo^r

per Rpndos ac Venerabiles viros dominos
praelatos et Canonicos, ad pulsum campa-
nae in mane ad locum solitum congregatos
et fuit de more ac consuetudine tentum
et observatum per dominos ut supra

159. De prestimonio korzen per do-
minum Alexandrum portio-
nis ~~fundi~~ assignandae petito

Item eodem die et Capitulo, quibus supra
Venerabilis dominus, Alexander de Pessen-
tis Canonicus Vilnen, in medio domino-
rum Capitularium capitulariter congrega-
torum, assurgens, petijt et humiliter po-
stulavit dominos, quatenus suae dominationis
de sorte seu portion pecuniarum, quae pro pos-
sessore de praestimonio korzen provenire
et potissimum à tempore obitus, domum olim
doctoris debet, sibi quitpiam vel eandem
partem impertirent, ~~attento~~ attento

eo, q ipe dominus Alexander factus fuit
eiusdem praestimonij, modernus possessor
vel potius suae dominationes, id de sua spe-
ciali gra facere dignarentur, quodquidem
ipe huc à Cracovia veniens in itinera-
rijs expen no minores sumptus fecit, domi
itaq Capitulares, volentes in suis votis
liberiores esse p vota et suffragia conclude-
tes decreverunt, nullam pecuniam pro domino
Alexandro spectare debere, quia ipe novus
effectus est eiusdem praestimonij korzeni pos-
sessor, sed eam potius ad Capitulum prove-
nire et spectare dixerunt

160: Sacerdotum Andreae de vilna et
leonardi virczinski ab ingressu
Ecclie suspensio

Eodem die et Capitulo quibusup. Venerabilis do-
minus Venceslaus Czyrka Iuris utriusq
doctor Canonicusq, ut et tanq procurator
Capituli in medio dominorum Canonicorum
capitulariter congregatorum, cont honora-
biles dominos Andream de Vilna, Leonar-
dum Virczinski Mansionarios sanctae Trinita-
tis astantes et pntes grani in querela pro-
posuit et deduxit, quomodo ipi eundem
Anno pnti ante maius altare no habita re-
verentia sacrosanctae Eucharistiae in ipsa

rotta

1537. 8bris 5. Capitulum Generale autumnale.

Ecclesia dum ab eis petebat, quo ausu Cereos
qui oferuntur, sumere et pro se usurpa-
re ausi sunt, probris, affirmare non sunt veriti
Petens eosdem condigna pœnâ puniri. Idem
ruderunt ~~dominus~~ nullo læsisse dominum docto-
rem nisi de se condignam excusationem fe-
cisse. Et domini habitis intra se mutuis tra-
ctatibus concordi voto, et unanimi sententiâ
fecerunt, propter quod voluit salubre consilium
praestari. Et domini qui supra, per vota et su-
fragia, ex variis tractatibus unanimi,
voto et sententia, in Commissarios ac nuntios
ad hoc ipsum negotium obeundum venerabiles do-
minos Josephum Tassinski et Andreae Ar-
chidiaconum. Et Andream Nadbor, Ca-
nonicum Vilnen., elegerunt et deputaverunt
eosque ituros illuc pro termino designato
voluerunt, hac tamen conditione, quod ad nullos
actus ibi procedant, sed exhibitis privile-
giis protestationem faciant, ~~etc~~ et negotium
suspendi ad Adventum sacrae Regiae
Maiestatis petant, attento quod insecurum
est ibi procedere, quum sint testes comme-
ti et corrupti per Gerentem Mischogolien.

252. Mgri Georgii ad eruditionem scho-
larium particulare non admissio

Item eodem die, et Capitulo Nobilis Joan-
nes Vilamowski Notarius Magnifi-
ci domini Alberti Gastoldi Palatini Vil-
nen. tanquam nuntius missus, unacum Vene-
rabili Georgio de Dyrzyski artium Mgro
in conspectum suae Rmae dominationis ac
aliorum dominorum de Capitulo veniens
petiit, quatenus suae dominationes, in ali-
quo loco privato, scholarium nobilium pue-
rorum Institutionem et particularem
eruditionem eundem admittere, sibique licentia

1530. Apr. 28. Particulare Capitulum.

dare dignarentur. Et domini volentes esse li-
beriores in votis suis, remissis foris eosdem nun-
tium et ipsum Georgium Myrum decreverunt
eundem non esse ad talem eruditionem puero-
rum admittendum, hac ratione permotti, ne ex
his potissimum, qui lipsiae litteris operam da-
bant, aliquod malum eveniat, per quod inve-
tus posset depravari, tum, quia rarissimi
scholastici in arce Vilnen. et schola
Sancti Joannis Vilnae possent stare
quod referendum eidem commiserunt per dominum
procuratorem Capituli.

253. Veneris ix May

Domini Eustachij con. Valiczki pro-

Rndi presbyteri domini Venceslaus Czirka, Ju-
ris doctore, Andrea Nadbor, Joanne Kro-
nyczkij Bartholomaeo Carmen. Canoni-
cis Ecclesiae Vilnen. more solito capitulo
pro tractandis Ecclesiae et Capituli nego-
tijs congregatis, coram quibus, vene-
rabilis dominus Erasmus Eustachij
Canonicus Vilnen. ac praestimonij ko-
rzen possessor sollemniter contra Nobilem
Nicolaum Valiczki protestatus est
quo ipse suscepto sibi termino de compa-
cto coram Notario publico, ac testibus fi-
dedignis, his in Capitulo compendi, et
Justitiam petendi vel terminum Judicio
occasionis Iniuriarum et praetorum ut asserit
ipse Valiczki Matarum privato coram
Commissarijs per Sacram Regiam Maiestatem
deputandis assignando comparere de-
buit, quod minime fecit, sed dolose prae-

textu, cuiusdam Commissionis, cum Commissarijs
ad eius instantiam per Proceres dominos, Consi-
liarios ducatus decretis et datis in ipsa ca-
qua, eidem domino Erasmo Eustachio, possessori
unius sortis illorum bonorum movere inten-
dit, ut fertur, ad actionem procedere in ter-
mino, cupit, quem tamen per spontaneam su-
sceptionem termini hic coram Capitulo compen-
di interceptus et ipsa commissio seu lite evan-
uida ac explosa fuit, quoniam idem dominus
Canonicus nihil in Capitulo hac parte agere
potuit ~~absque~~ absque omni fratrum communi
consensu specialiter, tum et Patroni, spe-
ciali assensu et alterius sortis possessio-
ris vocat domini Alexandri scientia, pro-
pter quod, dominos de Capitulo postulavit
quattinus hoc in negotio quod tangit
rem perpetuam Bonorum capitularium
fratribus ad aulam sacrae Regiae Maiestatis
assistentibus et maxime domino Ale-
xandro possessori, tum quoque domino Vale-
riano, Sacrae Regiae Maiestatis
Secretario perscriberent, ut ipsi literas
Inhibitionis contra huiusmodi Iudices et partem
impetraret et huc transmitterent
quod domini se facturos obtulerunt; bicio

254. Ostrowski factori in korzen Inhi:

Item eodem die et Capitulo quo supra Ru-
di domini Capitulares canendo maiori inde-
nitati Bonorum Korzen Nobili francisco,

viva voce capitulariter Inhibuerunt, ne ipse
in termino in quo idem Valiczki Judices suos
assertos sistet, ad aliquem actum occasione Bono-
rum se immittere presumat, sed exhibitis
litteris capitularibus quae desuper sibi data
in vim Commissionis a Capitulo de Do-
tandis et manutenendis, eisdem Bonis sub
eo colore quasi pro hac vice eadem Bona pos-
soribus adempta fuissent protestationem fa-
cta nihil penitus agat, et interim ante
terminum litteras Regias Inhibitionis expectandas
voluerunt, cui etiam litteras suas sub sigillo
Capituli, quae continebant commissionem Bono-
rum regendorum et sub illo pretextu Judi-
cij et termini assertorum excludendorum decreverunt

255. Mathiae Zamesnyk et Sophiae con-
Lune xii May iugum literarum vitalitatis eorum
super domum a capitulo concessa restitutio

Coram Rndis ac Venerabilibus domis Ve-
ceslao Czyrka Juris doctore, Andrea Lad-
lor, Joanne Kwiniczki Praesidio Eustachij
Bartholomaeo Canonicum, Canonicis Ecclesiae
Cathedralis, Vilnen. in locum solitum pro
tractandis Capitularibus negotijs ca-
pitulariter congregatis, coram quibus com-
parens personaliter, tanquam accersitus, et
ab eis interrogatus, an mentem consortis
suae nomine Sophiae exquisivit, vellent
ne in proposito tali persistere, aperuit
domum quae fuit data ad utriusque vitam

per Capitulum, reddificarent, et eam sub eisdem libertatibus et Censu anno, veluti in literis Privilegij desuper concessi continetur. Respondit quod domus, quae per ignem nuper est absumpta in reddificatione magnis sumptibus et impensis eget, petens sibi libertatem aliquot annorum dare interim aut eam reddificare vellet Aliqui litteras privilegij restituere et Censum solvere unam sexagenam grossorum se refert, ad quod domini dum consensum sum dare nollent, Mathias litteras manibus domini procuratoris consignare et domum renuntiare ac Censum solvere se obtulit quod in effectu fecit.

256. Joanni Kolmierzyk domus Emphiteoticae taxatio et eius solutio

Item eodem die et Capitulo quibusupra providus Joannes Kolmierzyk sartor accersitus in medio capituli comparuit, et impetitus de solutione trium sexagenarum Census videns se nimis oneratum fore, renuntiando suae Emphiteosi petijt quatenus domus quam in solo Capitulari erexit taxaretur et sibi instanti redemptione solveretur. Et domini descendentes ad domum convenerunt cum eo de quatuor sexagenis grossorum sibi solvendis ad quas ipse consensit et in effectu tulit.

1539. 7bris 5. Particulare Capitulum.

Veneris quinta septem

257

Brzesczie con Niklasch proposito

In domo venerabilis domini Joannis Kunyczky Canonici Vilnen. ac procuratoris Capituli et coram dominis Venceslao Czirka Juris doctore Andrea Nadbor tum etiam eodem domino Joanne Kunyczky Prelato et Canonicis Ecclesiae Vilnen. Capitularit congregatis Honesta Hedwigis de Brzesczije, ad relationem domini Andreae Nadbor mihi Notario factam sunt providum Nicolaum Sartorem subditum Capitularem, tanquam remissum ab auditorio Rmi domini proposuit verbo quod ipse tenetur sibi decem sexagenas grossorum mii et monetae lithvanicalium ex Concordia inter ipsos facta certis litteris Cirographi obligat sub sigillo certo solvendas obligatas. Et ibidem verificando suam propositionem produxit ipsum Cirographum ut potius quandam schedam. Petens eundem ad solutionem decem sexagenarum compelli. Adverso Nicolaus comparens negavit sibi quit piam debere neque recognovit suum Cirographum fore producens quendam extractum ex actis ut dicebatur Rmi domini Dni Vilnen. in quo continebatur quittus ipsius Nicolai Petens se circa illum conservari. Et domini qui supra inte, com seu Cirographum testibus in eodem descriptis fra tertia verificare mandarunt Praesentibus dominis de Capitulo quibus supra.

7bris 29 1539 121 118

258. Capitulum Generale pro festo translationis diui Stanislai celebratum, Anno domini Millesimo quingentesimo trigesimo Nono, Inditoñ duodecima Pontificatus sanctissimi in chro patris et domini nri domini Pauli, diuina prouidentia Papae tertij feliciter modni, Anno suo ~~[illegible]~~ quinto per Rmos Rndos ac Venerabiles dominos, Georgium dei gra Luceorien, Venceslaum eadem gra Mednicen, Epos Joannem de Domanowo Praepositum Paulum Custodem, Mgrum Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czirka, Juris doctorem, Andream Nadbor Joannem Kuniczki Erasmum Eustachij Bartholomaeum Canonicos praelatos et Canonicos Ecclie Cathedralis Vilnen ~~[illegible]~~ die itaq ~~[illegible]~~ Sabbati quae fuit trigesima ~~Nona~~ Septembris in mane ad pulsum maioris Campanae omnes in ecclesiam conuenerunt et audita de sancto Spiritu Missa in locum Capitularis intraverunt, et tandem in Conclaui existens Venerabilis dominus Andreas Nadbor tanquam procurator Capituli exhibita coram dominis quibus supra citatoñ, quae fuit in valuis Ecclie publicata accusauit cõtumaciam omnium et singulorum pro Capitulo generali nõ se repraesentantium, In quorum contumacia iuxta morem et consuetudinem ad lectionem Statutorum petijt procedi et ea per me Notarium Capituli legi, Et domini

1539. 7bris 29. Generale Capitulum.

Audito tenore Citationis mandaverunt statuta per me Notarium legi et interlegendi ad nonnulla decreta processerunt et in duobus sequentibus diebus lectoram statutorum perfecerunt

259. Contributionis pro fabrica Ecclie non solute in maiores translatio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmi dni prelati et Canonici quibus supradictum ventum est ad lectionem statuti de non imponendis novis contributionibus in mentem eis reduxerunt quomodo contributio quae laudata est synodaliter pro fabrica Ecclie primae rathae a maioribus prelatis fere omnibus non est soluta et maxime Rmo domino Praesule Vilnensi qui eam in synodo dare promisit et clero sub ea lege intimare iussit nunc autem huius rathae primae iam lapsa dni sunt tempora tametsi iam alia ratha instat et processus mittendi essent verum huiusce primae rathae non totaliter est exacta propter quod omnes unanimi voto concluserunt eam non debere neque fore dandam nisi prius Rmus dominus Episcopus Vilnensis et alii prelati tum et diocesani qui eam non contribuerunt in effectu persolvant quod transferre in domum Rmi et alios voluerunt.

260. Decretum ut censitae domos capitulares in necessarijs non reficiant

Item eodem die et Capitulo quibus supra

7bris 29. 1539. Generale autumnale 122 119

Venerabilis dominus Nadbor Canonicus, et Confr
tanquam procurator in medio dominorum deposuit
quomodo domini multum a Censitis gravantur
qui suapte domos solent reficere inconsultis
procuratoribus hoc est se aiunt magis quam expe-
dunt pro aedificijs domorum eorumque refectum
ac internis necessarijs expositurus ubi se
in solvendis Censibus difficiles reddunt,
propterea Concordi voto decreverunt, ut hic
in antea procuratores pro tempore existentes, de pe-
cunijs refectionum reficere domos procurent
et necessarijs provideant.

261. Magistro Stanislao Dambrowka
de Sylua ponary ad Sylany lignorum
recipiendorum concessio

Item eodem die et Capitulo quo supra venera-
bilis dominus Stanislaus Dambrowka artium
Mgr. Canonicus Vilnen. coram dominis in Capitulo
exposuit, quemadmodum ipse habens satis pau-
perum praestimonium sterileque et in lignis de-
fectuosum, humiliter dominos de Capitulo po-
stulavit quatenus suae dominationes sui ratio-
nem haberent et aliquot Curros lignorum
singulis septimanis, ad vetustatem domesti-
cam in Praestimonium suum Sylany reduce-
dorum, licentiam concederent. Et domini
Capitulares qui supra auditam petitionem ipsius
domini Stanislai Dambrowka Confratris
sui, unanimi eorum consensu petitionem eiusdem
admiserunt hac tamen lege limittantes et

1539. 8bris 1. Generale autumnale Capitulum

constituentes, ex idem dominus Mgr Stanislaus Dambrowka, habebit facultatem singulis hebdomadis per duos currus lignorum ad suum Praestimonium Siglany reducere et pro suo usu convertere, et hoc semper cum scientia Custodis Silvae debet facere. Alioquin sub poena depactationis equorum, verum si singulis septimanis voluerit et in aliud tempus computatae vectoram lignorum distulerit, licitum erit ei collectae vectoribus tot currus lignorum recipere quot reducere neglexit. Hac nra Concessione mediante.

262. Continuatur capitulum generale Mercurij primâ mensis octobris

per Rmos Rndos ac Venerabiles dominos Georgium de Igrâ Luceorien. Venceslaum eadem gratia Mednicen. Epos Joannem de Domanowo Praeptum, Paulum Custodem Mgrum Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czyrka Juris doctorem Andream Nadbor Joannem Krzyczky Erasmum Eustachij Bartholomaeum Cannen. Praelatos, et Canonicos Ecclie Vilnen. pro tractandis Ecclie et Capli negotijs Capli in solitum locum ad pulsum maioris campanae congregatos et fuit in lectione Statutorum continuatum etc.

263. Praesentatio literarum Rmi domini Epi Vilnen. pro Mgro coquae capi

Item eodem die et Capitulo quibus supra, Generosus dominus Albertus Jassinski, Pincerna in ducatu Lithvaniae Sacrae Regiae Maiestatis

8bris 1. 1539. Gnrale autumnae. 123 120

Et Magister Coquinae Rmi domini Epi Vilnen. ve-
niens in Conclavium nomine suae Rmae pater-
nitatis suas dominationes salutavit, et tandem
literas eis praesentavit, quae quum lectae et apertae
fuerint, auditaque petitione ipsius Mgri Coquinae deli-
berati sese obtulerunt alio die rursus.

264. Responsio domino Rmo ad literas pro
Augustino fursch capitulo scriptas.

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rndis-
simi ac Rndi praes domini Praelati et Canonici Ecclesiae
Vilnen. ut satisfiat scriptis, per Rmum dominum
Epum Vilnen. huc ad Capitulum pro Nobili
domino Augustino furz, Marschalko suae Rmae
paternitatis, transmissas, in hac sententiam
respondere voluerunt, ac literas dandas
decreverunt ex quibus idem dns Augustinus
furz cont. factorem ostrowsky de suis in-
iurijs queritur, iustum dolorem in eum
querendi non habet, Namque idem dominus
Augustinus furz non tantum ipse solus Bo-
na nostra iniuriatur, verum et alios vici-
nos suos et alias submissas personas sub-
inducit quo ipsi iniurias Bonis Capitu-
laribus inferant et subditos in pratis
Silvis et terris iniurientur, de quibus
omnibus iniurijs, loco et tempore suis oppor-
tunis actionem sibi cum eodem domino Augu-
stino furz Marschalco suae praesentatae reser-
vari et Iure experiri cupiunt,

1539. 8bris 2. Generale autumnale Capitulum

265. Continuatur capitulum generale; Die Iouis secundâ Mensis octobr.

et fuit tentum in domo Venerabilis domini Joannis Kuniczky, per Rmos Rndos, ac Venerabiles dominos Georgium dei gratia Iuseorien. Vecesslaum eadem gratia Medinien. Episcopos Joanne de Domanowo Praeptum Paulum de Ciechanowyecz Custodem, Mgrum Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czyrka Iuris doctorem Andream Nadbor Joannem Kuniczky Erasmum Eustachij Bartholomaeum Cawnen. Praelatos et Canonicos Ecclesiae Vilnen. in locum quem supra ad pulsum maioris Campanae congregatos.

266. Conclusio super petitione Rmi Domini Episcopi Vilnen. pro Myrocoquinae domino Iassinski facta

Item eodem die, et Capitulo, quibus supra, Rmi Rndi ac Venerabiles domini quibus iam post lectionem statutorum immediate, Cupientes casum noviter eis propositum lucide resolvere ac super eo voces et sententias dare tandem et concludere, quae singulis visum fuerit, ex vcrt Illustris Princeps, et Rmus in chro pater, dns Paulus dei gratia Epus Vilnen. et Dux Olschanen., de tam sua largitione, servitori suo, Alberto Iasinski Pincernae Regiae Maiestatis, et suo Archimagno Iam à duobus annis citra vel ultra Curiam Lypnicza

8bris 2. Generale 1539 Autumnale Capitu 124 121

in districtu bonorum Nyedzwyedzicen consiste-
tem, et sibi et successoribus suis in hereditate
concessit, et eundem in numerum Vassallorum Mensae
Privilegio suo denuo et Capituli assensu acce-
dente ascripsit, nunc autem Anno praesenti ut
creditur, ad importuna instantia dicti servi-
toris, eadem Bona Lypnycza, quae Bonis Nie-
dzwyedzicen, contermiata existunt disli-
mitare et disterminare, ac limitibus et scopu-
lis circumducere voluit, tracsque desuper Privile-
gij limitationis quarum copiae in Capitulo auscul-
tatae manent eidem concessit, quibus ut si-
gillum dominorum apponeretur dominos de
Capitulo postulavit. Et domini de Capitulo
qui supra inter tractatus et scrutinia per sin-
gulorum vota ac suffragia unanimi voto
ac sententia concluserunt Privilegium seu
litteras limitationis Bonorum suprascriptorum
non esse neque debere sigillandum, ex eo, quia
nusquam hoc servatur, quod Vasallorum Bona
limitari debeantur, vel potius caveant
indemnitati Mensae Episcopalis, ne illa Bo-
na a Bonis Episcopalibus a quibus dependent
quovis modo alienata in futurum aliquam
iacturam consequantur, et maxime quum paucum
nimis pro praesenti dominorum de Capitulo est, in
hoc casu supersedere voluerunt, et ad suam Reverendam
paternitatem literas privatas se se excusan-
dandas et scribendas voluerunt Praesentibus
dominis quibus supra Nicolao Scha Capitu

1539. 8bris 2. Generale autumnale Capitulum

267. Brzesczie Nicolai Sartor

Item die et Capitulo quibusdam Rmi et Rndi
prs qui supra, ex relatione domi Andreae
Nadbor procuratoris, ~~Honestam Hedwigim~~
~~de Brzesczie~~ viso Cirographo pronidi Ni-
colai Sartoris, eandem in suo esse conserva-
runt et decreto ac Sententijs censurarum
ad instantiam honestae Hedwigis de Brzesczie
per dominum Valentinum de Pilzno auditorem
Curiae Rmi domi Epi vilnen causarum
Lattarum adhaeserunt et Hedwigim circa li-
teras priores Cirographi, ex concordia
habita ortas tum insuper inhaerentes
Nicolai posteriori obligationi ad acta Rmi
domi facta conservarunt praesenti decre-
to mediante.

268. Domi Praepti vilnen de Sylua po-
nary lignorum seu robor petitio

Item eodem die et Capitulo quo supra, et
coram dominis quibus supra, Rndus dominus
Joannes de Domanowo praeptus Cathedra-
lis, et Archipresbyter sancti Joannis paro-
chialis, Ecclesiarum assurgens in medio domi-
norum de Capitulo suas dominationes po-
stulavit quatenus ex sua singulari gra
aliquot ligna seu robora de stipite ex Syl-
na ponary, dare et concedere dignarentur
Auditaque sua petitione, super ea alio die se se
suae dominationi rursus obtulerunt

269. Continuatur capitulum gene-
rale die veneris iiia octobris

per Rmos Rndos ac Venerabiles dominos Prae-

8bris 3. 1539. Generale Autumn 125

122

latos et Canonicos Ecclie Vilnen. quosup. et fuit tentum in domo Venerabilis domini Joannis Kniyczki in mane hora solita

270. Procuratorum siue quottidianorum distributorum ad sequente annum Electio

Eodem die et Capitulo, quibusup. Rmi Rndi ac Venerabiles domini Prelati et Canonici q supra tractantes de electione procuratorum siue quottidianarum refectionum distributorum non contraveniens Electioni Anno proxime preterito facte, cui Anno domini M° D° xxxiiij derogatum fuit, Elegerunt seu alterum novum adiunxerunt procuratorem, Venerabili domino Andree Nadbor Antiquo procuratori, qui anno futuro iuxta constitutionem factam suam procurationem dimissurus, Venerabilem vcrt dominum Erasmum Eustachij Canonicum Vilnen. confratrem suum, quibusquidem procuratoribus dederunt ac concesserunt plenum posse Mandatum, et omnodam potestatem omnia et singula negotia Capitularia administrandi regendi ac gubernandi Claues etiam Cistae Thesauri Capitularis, alteri eorum tradiderunt, Daturique singulis dominis fratribus fundi ex Russia per quindecim sexagenas grossorum unum et monetae lithuanae Et quitquid superexcreuerit id totum pro se habebunt et accipient Et insuper prutia habituri, etiam si quempiam illorum in suis priuatis negotijs extra Ciuitatem ire contingent toties quoties suis obuentionibus non erunt

frustrati

1539. 8bris 3. Gnrale Autumnale Capitulum

271. Domio Eustachio viginti sexagenarū
Ad nētatem capitularē in mutuum concessio

Item die, et Capitulo, quibusupra Venerabilis dominus Andreas Nadbor, antiquus procurator, mandato dominorum in mutuum concessit et dedit Venerabili domino Erasmo Eustachij suo Mag. pro necessitate Capitulari, et signant gratiā in pensa ad Tabernam ponarij, quam Anno futuro administraturus est, viginti sexagenas grossorum, de pecunijs excrescentiarum, quas eidem cursus restituē debet

272. Nōro coquinæ Rmi domi responsio

Eodem die et Capitulo quosupra, domini de Capitulo qui supra, Ad petitionem Generosi domini Abbati Jassinsky Mgri Coquinæ Rmi domini Dpi vilnensium et petitionem suæ Rmæ paternitatis pro litteris intercessionis factas et Missas, quibusdam supius in proximo præterito Capitulo celebrato conclusert ita rudere voluerunt et litteras scribendas ad suam prmtatē dandas voluerunt

273. Domi Andreæ Nadbor antiqui procuratoris rationis receptio

Item eodem die et Capitulo quibusupra Venerabilis dominus Andreas Nadbor Antiquus procurator, coram dominis capitularibus, de Administratione suæ procurationis omni et singulorum perceptorum Collectorum et distributorum rationem fecit excepto quod de

bitor in una sexagena et grossis quinquaginta duo-
bus cum medio mansit dempte sedecim sexa-
genis grossorum, quas in debitis habet et repetere debet.

274. Sabbato quartâ Mensis octobris co-
tinuatur Capitulum generale per
Rmos, Rndos, ac Venerabiles dominos Geor-
gium de Igrâ, Luceorien. Venceslaum eâdem
gratiâ Medniscen. Dpos. Mgrum Stani-
slaum Dambrowka, Venceslaum Czyrka Tu-
ris doctorem, Andream Nadbor, Joannem
Konyczki, Erasmum Eustachij, Bartholomeum
Cawnen. Prelatos et Canonicos Ecclie vilnen.
et fuit tentum in domo Venerabilis
domini Joannis Konyczki

275. Donatio vexillorum Crucum Missa-
lis quoque Ecclie per dominum Eustachium

Item eodem die et Capitulo quibus supra, Rndus
dominus Erasmus Eustachij, Canonicus vil-
nen. antequam aliqui tractatus incepti fuissent
iussit afferri per servitorem suum Cruces duas
argenteas fabre factas inauratas et in
pulchris figuris expensas sub quibus
vexilla debent appendi tum et Missale
Axameto Rubeo cooptum, et fig. cum
fibulis argenteis ac clausuris etiam argen-
teis inauratis, quae sumptu proprio co-
parare fecit, et quamvis antiquae cruces
ab igni destructae de aliquot Marcis argent.

1539. 8bris 4. Capitulum Generale Autumnale

extabant, nihilominus non parvum pondus est additum ita pene quod excedit maiorem quantitate argentum primus Ecclesiae citra sumptus ecclesiae vexillorum, quae omnia citra omnem iactantiam loquendo eidem Ecclesiae Vilnensi in retributionem sui aeternam donavit et concessit

maiori;

276. Revisionis Thesauri prorogatio

Item eodem die, et Capitulo, quibus supra Rmi, ac Rndi patres domini Capitulares qui supra attendentes incommoditatem loci Capitularis, Thesaurum ad aliud festum sancti Stanislai in Maijo rendendum prorogarunt

277. Domino Nadbor unius sexagenae relaxatio

Item eodem die et Capitulo, quibus supra Rndissimi ac Rndi patres domini de Capitulo, ad petitionem Venerabilis domini Andreae Nadbor, eidem unam sexagenam grossorum cum quinquaginta grossis, quorum ex ratione debitor extitit, relaxaverunt

278. Continuatur capitulum generale die lunae sexta octobris

per Rmos Rndos ac Venerabiles dominos Georgium de Igrá Useorien, Venceslaum eadem gratia Medinicen Dpos Mgrum Stanislaum Dąbrowka, Venceslaum Czyrka Iuris doctorem Andream Nadbor Joannem Konyczki Praesmam Pustashij Praelatos et Canonicos Ecclesiae Vilnen, in domum Venerabilis domini Joannis Konyczki pro tractandis Ecclesiae, et Capituli negotijs capituli congregatis et fuit tentatum

8bris 6. 1539. Gnrale, Autumnale. 127 124

279. Arendæ villæ ponary per domi luceorien. capitulo dimissio et relictorum in ea revisio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmus in chro pater dominus Georgius dei gra Epus luceorien. iam post exactum annum ac terminum expiratum Arendæ Bonorum Ponary, eidem renuntiare voluit, ac dimisit, et quæ in illis relicta sunt, pactis prandijs adiuncto suo servitore dominus de Capitulo, revidenda et in Regestris huius ad Capitulum perferenda consensit ubi revisio omnium relictorum fuit facta pacte prandijs per dominos Capitulares et me Notarium suarum domum

280. Domorum perficiendorum per dominum luceorien. Episcopum ad efectum promissio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmus dominus Epus luceorien. quemadmodum ex conductu Arendæ Ponary innovato, et cum Capitulo firmato, tres domos reficere debuit quæ in tempore, ob incuriam suorum factorum commentem eius non erat in effectu consumatæ propter quam non consumationem, communitas nimium gravatur, eo quod non fuit soluta Census Capitulo aliquot sexagenæ grossorum Ideo resarciendo damna dominus quæ in aliquot sexagenis habent sponte et ultro prædictas tres domos consumare huic in duabus Hebdomadis promisit

281. Concessio roborum domio præposito

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmi

1539. 8bris 7. Gnrale autumnale Capitulum.

Rndi ac venerabiles domi Prelati et Canonici, Eccliae Vilnen, ad petitonem domi Praepti volentes sibi in hoc suae dominationi singulare affectum facere, quadraginta robora seu trabes de stipite ex sylva ponary complendo numerum unius sexagenae, eo q sibi alia viginti sibi ante dederant, benigne obtulerunt et concesserunt

282. Continuatur capitulum generale die Martis septima octo[bris]

Per Rmos Rndos ac venerabiles dominos Georgium de gra Luceorien Venceslaum eadem gratia Mednicen Epos Mgrum, Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czyrka Juris doctorem, Andream Nadbor Joannem Kuniczki Bartholomaeum Cawnen, prelatos et Canonicos Eccliae Vilnen capitr pro tractandis Capituli et Eccliae negotijs congregatis et fuit tentum in domo venerabilis domi Joannis Kuniczky.

283. Conclusio de restituendis rebus ad curiam ponary p domi luceorien

Ite eodem die et Capitulo quo supra, venerabilis dominus Andreas Nadbor, ut et tanq procurator, retulit quo ipse habita mutua conferentia cum domino Epo Luceorien villae ponary arendario ex ipse in sua renuntiatione eiusdem arendae, ob no restitutionem rerum in eodem nomine et aequivalentia, sibi ~~dum~~ dum arendam

8bris 7. 1539. Gnrale autumnale 128 125

suscepit, à Capitulo consignatarum, multum impetitur et molestatur, igitur volens de præmissis omnibus cum Capitulo finem imponere et Capitulo, eas inferius res descriptas ac in Regestro domi procuratoris annotatas quem in medio dominorum produxit restituere et consignare, vozt siliginis triginta tres cassulas, opikul centum, de semine tam in Bonis ponarij quam etiam in Taberna advocati tunc sedecim, et Ponarij magis longe iactis, daturus etiam viginti solankas siliginis ex Giedroczie, Bladij in Curia ponarij quindecim cassulæ Ciceris septuaginta cassulæ de alijs rebus in æstivali semine nil seminatum eo quod nulla crescentia fuit, daturus etiam duo Iuga Bonum valentia pro aratura, addendo alijs pecoribus, quæ in Curia erant Anas viginti Galinas viginti Sues quotquot sunt, tunc sufficientia in utraque Tabula, Caldaria duo unum in Ponarij, et aliud in Po. Taberna advocati Mensæ sufficientes Membranæ intactæ petijt ut eis rebus acquiescerent, et maxime in recompensam illorum quæ erant sibi in Curia ponarij et ~~horreo~~ Horeo tpe suæ Arendæ consignatæ. Et domi quod sup unanimi assensu concludentes in recompensam illarum rerum supscriptas res exceperunt, et finem de eis imposuerunt.

1539. 8bris 7. Capitulum Generale autumnale

284. Dorotheae illiberae in locum Helenae per Domi Episcopum luceorien tradi°

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmus dominus Georgius de Gra Epus luceorien Cavendo indemnitati capitulari in recompensam pro quadam Helena ancilla, quam de ponarij alienavit, Dorotheam illiberam suae Rmae paternitati per Nobilem Zorawski dono datam, Venerabili Capitulo ad Curiam ponarij tradidit ac realiter et in effectu consignavit

285. Domino Andreae Nadbor arearum pro locando Balneo concessio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Venerabilis dominus Andreas Nadbor a domino de Capitulo postulavit, quatenus suae dominationes solum seu areas quae nunc desertae post exustionem domus penes Sophiam Puschkarka extant sub conditionibus certis in Emphiteosim sub annuo Censu, quotannis solvendo darent et concederent, In quibus ipse habita licentia dominorum Balneum erigere et aedificare possit et valeat, eiusque usum fructum temporibus vitae suae percipiret, et audita eius propositione, volentes esse in votis suis liberiores, eundem domini Andream Nadbor foris exire fecerunt, et petitioni eius annuentes unanimi eorum voto pariter et assensu, ante petitas Areas pro aedificando et locando Balneo concesserunt et contulerunt, tali sub conditione quod dus

8bris 7. 1530 Generale Autumnae 129 126

Nachor habebit facultatem in eodem solo seu
Area pro sua comoditate, et utilitate Bal-
neum aedificare seu extruere, deniq futuris
temporibus, quod quoadmixerit singulis
annis, ex eodem Balneo deq omnibus aedificijs
istic locandis quatuor sexagenas grossorum
Venerabili Capitulo Vilnen seu eius pro-
curatoribus tenebitur solvere, a qua solutione
huic ad Biennium integrum libertatem
habiturus, post vero ad eam pensionem
obligatus et astrictus erit; renuntio

286 Piscina Rzescha p. domi luceorien.

Item eodem die et Capitulo, quibusdam Rmus
dominus Georgius dei gra Episcopus luceo-
rien. licet non parvos sumptus in Erigen-
da et Struenda piscina seu stagno in Rze-
scha fecerit, nec tamen ea in ope suo consuma-
verit eam libere cum omni eius Structura
Capitulo renuntiavit et dimisit

287 Continuatur capitulum ge-
nerale Mercurij viii octobr.

et fuit tentum per Rmos, Rndos, ac Vene-
rabiles dominos Praelatos et Canonicos quosupra

288 Subditorum de Hanyewicze ad
solutionem Mellis obligatio

Constituti personaliter, in medio dominorum
Capitularium, laboriosi, vczt Jaczko, et
senior subditi Rmi domini Episcopi Mednicen.
de Hanyewycze, ad requisitionem dominorum
se se soluturos et singulis annis solaturos

1539. 8bris 8. Gnrale Autumnale Capitulum

sponte liberèq obtulerunt ac obligarunt, tributū et datiōm mellitā, sub huiuscemodi pondere et Mensura, qualis in Lohoysko et Hayna comunis habetur, ad quod etiā Rmus dominus Mediucen etiā consensit

289. Ad propinā pro vsu priuato vini sublimati Jacobo tabernatori admissio

Item eodem die et Capitulo quibusupra, domini de Capitulo volentes singulare gratiam Jacobo, pincernae vel potius Tabernatori quem domini procures, ad Tabernā, ad vocacialem conuenerunt, vltra illius Conuentum et debitum solarium, vinū sublimatum pro ipsius priuato comodo et vsu propinandum vnanimi voce admiserunt

290. Domus acialis muratae realis possessionis per D. Luceorien cōcessio

Item eodem die et Capitulo quibusupra Rmus in chrō pater, et dominus dns Georgius dei gra Epus Luceorien, vt et tanquam exequutor Testamenti olim Rmi domini et domini Joannis ex ducibus, Lithuaniae dei gra Episcopi Posnanien, visis literis obligationis eiusdem suae dominationis Rmae super domū muratā in acie Plateaq sancti Joannis sitt quam sua paternitas eidem venerabili Capitulo ab aliquot annis, in ducentis quinquaginta sexagenis grossorum numeri, et monetae lithuanicalium, obligauit, de qua ipse tot annis decem sexagenas grossorum

8bris 8. 1530 Gnrale autumnie 130. 127.

Altaristae fundi, olim venerabilis domini Caspro-
nis, Canonici Vilnen. demortui soluebat
Ipsis literis obligationis inhaerendo Ipsius do-
mus ut premissum est obligati realem actualem
corporalemq. possessionem cum toto eius fructu
ad illius sufficientem eliberationem admisit
et omnem dispositionem eius concessit

291. Concessio lignorum domino Luceorien. 32° B.

Rndi prres domini et Capitulares Rmo
in chro patri domino Georgio dei gra Episco-
po Luceorien. de speciali ac singulari gra
de Silua ponarij vna sexagena lignorum
seu Trabium de Stipite, pro aedificandis in
domo suae Rmae paternitatis, Cameris seu
dormitarijs familiae gratiose concesserunt

292 Domino Eustachio lignorum iacenti-
um ex Silua ponarij concessio.

Item ad petitionem Rndi domini Eustachij
domini de Capitulo, pro aetate eius, qui
decim Trabes seu Pigna de Silua pona-
rij gratiose concesserunt

293. Anniuersarij domino Nadbor su- 32° A.
per domum a se et ab alijs prae-
decessoribus suis edificatis reserua-

Eodem die, et Capitulo, quibus supra, Ve-
nerabilis dominus Andreas Nadbor Con-
frater, in medio suarum donationum depo-
suit, quemadmodum duo antecessores sui, vcrt
Rmus dominus olim Nicolaus Vyeschgal
dei gra Epus ~~Luceorien~~ Mednicen. Et

1539. 8bris 8. Generale autumnale Capitulum

Martinus de Duschnijki Medicinae doctor, Cano-
alter nici Vilnen. unus atq illorum successive eiusdem domus existentes possessores, quam et nunc dominus Nadbor pacifice possidet ipsam domum à fundamentis, in duabus partibus erexerunt, et fabre nonnullis testitudinibus alijs quoque structuris, adornaverunt. Non multis etiam ante hac annis, quum ipsa domus sibi, a Capitulo in possessionem data fuit, satis conditionibus appositis et obligatis faciens, eandem in anteriori parte muris eminentibus ut tenebatur extruxit, petijt ut domini antecessorum eius tum et ipsius rationem haberent quo anniversarium seu taxam, ad posteros, ipsam domum intraturos constituerent ex quo etiam in alijs id servatum existit. Domini itaque attendentes petitionem ipsius domini Andreae Nadbor Confratris sui fore instam per vota et suffragia concludendo, taxam domus, pro anniversarijs fratrum defunctorum tum quoque eiusdem domini Nadbor sui Confratris in futurum a successoribus, optantibus et intrantibus eam solvendam constituerunt hac sub infrascripta conditione, ex quinis Canonicus in possessionem antedictae domus intrans et succedens tenebitur eritque astrictus toties quoties eandem per optionem assequutus fuerit semel et simul, ad Capitulum duodecim sexagenas grossorum taxae domus pro anniversario antedictorum fratrum vitâ functorum

8bris 8. 1530 9. Gnrale Autume 131

128

tum et ipius domi Andreae Narbor reponere
qua reposita taxa Capitulum erit obligatum
ad decantanda eiusmodi anniversaria tamdiu
donec ipa pecunia deposita duraverit. Et sic
consequenter de aliis ipam domum intranti-
bus intelligendum erit. ; constitutio

294. Domino Eustachio Anniversarij eiusdem 33.

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmi
ac Rndi pres domi capitulariter preside-
tes, et Venerabilis domi Erasmi Eusta-
chij Confratris sui petitioni annuentes, suique
rationem habentes propter structuras edi-
ficiorum in domibus quas ex optione possi-
debat, maxime ob conditionem quam nunc possidet
in domo sua fecit hoc est magnam partem
muri edificavit, et nonnullas habitationes
collocavit unanimi voto quatuor sexage-
nas grossorum nunc et monetae lithvanicali-
um pro anniversario suae dominationis re-
servaverunt. Ita tamen quicumque dominorum
de Capitulo post mortem ipius domini
Erasmi Eustachij aut alicuiusque alterius
possessoris ex optione intraverit, et ipam
domum in possessionem acceperit, talis quilibet
Canonicus erit obligatus et ad solvendum astri-
ctus quatuor sexagenas grossorum nunc et
monetae ut praemissum est, lithvanae ve-
nerabili Capitulo vilnen. Capitulum vero
tenebitur quatuor anniversaria pro anima
defuncti decantare tamdiu durantibus

1539. 8bris 8. Gnrale autumnale Capitulum

hisce quatuor sexagenis grossorum, quam obligationem extendendam ad futuros alios successores domini de Capitulo pruti constitutionem mediante esse voluerunt, cocessio

295 Domus seu areae quam Jaczko faber inhabitabat Nicolao seruitori Rmi Domini Epi Mednicen in Emphiteosi;

Item Rmi ac Rndi prae domini Canonici qui supra ad postulationem Rmi domini Venceslai dei gra Epi Mednicen Nobili Nicolao seruitori suae Rmae domum seu Aream, quam Jaczko ferrarius possidebat et ex ea aedificia asportauit in Emphiteosim dederunt et concesserunt tali sub conditione, quod ab hinc ad Biennium liber erit à solutione Census annui quatuor sexagenarum grossorum nunc et monetae lithuanae, post autem decursum integri Biennij singulis annis futuris perpetuis temporibus, ipse et sui legitimi successores tenebuntur ad solutionem quatuor sexagenarum grossorum, Capitulo seu eius procuratoribus Census annui aedificabitque domum suis aedificijs, ac melioratione in ea faciet

296 Solutio Boum penarens per domini luceorien

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmus dominus Georgius dei gra Epus luceorien soluit, pecuniam in auro presenti pecuniam duodecim Boues, quos à Capitulo pro aratura praedij ponarij habuit et pro suo pri-

8bris 9. 1538 Gnrale autumnale 132

129

vato usu convertit, de quibus duodecim aureis ab ipso per Capitulum reatus levatis quittatus est

297. Continuatur capitulum generale die Iovis Nona mensis octobris

per Rmum et Rndos dominos Canonicos Vilnen. et fuit tentum per eosdem sub absentia Rmi domini Luceoriensis, in domo venerabilis domini Joannis Konyczki procuratoris Capituli

298. Praesentatio literarum Rmi D. Vilnen.

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rndus dominus Josephus Tassinski Archidiaconus Vilnen. litteras Rmi domini nostri Praesulis de gratia domini Pauli Vilnen. cum articulis eis inclusis, venerabili Capitulo in Conclavi praesidenti praesentavit, quibus cum ea, qua decuit reverentia susceptis et perlectis convocatis aliis dominis Praelatis se sed die crastina singulariter singulis obtulerunt rursus.

299. Manumissio Miloschae illiberae

Item eodem die et Capitulo, quo supra, venerabilis dominus Andreas Nadbor Confrater in medio dominorum Capitularium exposuit quum multis ante hac annis Praestimonia dominorum in partes aequales pro duodecim Canonicis partita sunt, tunc etiam familia illibera ex tribus Curiis Strussowiczae Vonjatgowo et Ponary divisa fuit et in sorte divisionis Rndo olim domino Andreae Sowen Canonico Vilnen. et in Vornyany plebano

quedam Miloscha serva cum alijs illiberis ees;
sit, Et honorabilis olim dominus Venceslaus Mora
wsky, sub illo tempore Comendarium et Vicarium
illius Ecclesiae agens, mottus pietate Miloscham
à servitute liberavit, aliam illiberam à se em;
ptam olim domino Canonico et Plebano Vorna
neum in locum eiusdem tradidit, quum vero nactus suis;
set parochialem in Vschakowo eandem secum
adduxit, ac manumisit et pro Iconoma do;
mus et Octrice plurimis annis tenuit Mul
tisque annis lapsis pro quodam Pieczkone Bo;
yaro nuptui collocavit, cui cohabitans in
Matrimonio Prolem feminei sexus nomine
Hanuschicam ex eo genuit, qua propter
dominus Andreas Nacbor dominos, pro ea
postulavit, ut huic manumissioni ra
tham haberent, et ipsam Miloscham circa
eam conservarent, quo audito domini unani
mi sententia, attento quod altera in eiusdem
Milosche locum data est Ecclesiae Manumissionem
Miloschae gratam habere voluerunt et eam
circa libertatem conservarent, praesenti
decreto mediante, // Struschowice depu°
300° Comissariorum ad discernen iniurias,
inter subditos utriusque prestimoniorum;
Item Rmi ac Rndi domini de Capitulo, ad
delationem et querimoniam dominorum possessorum
Bonorum seu praestimonij Struschowice facta
ne pamplius diferentiae et Controversiae
inter ipsos dominos possessores conmini;
riam ab utraque parte inter subditos Matrum

suboriantur sed potius extinguantur, Vene-
rabiles dominos, Venceslaum Czirka Iuris
doctorem Bartholomaeum Cawnen Confratres
in Commissarios deputaverunt, qui tempore
Convenienti iturj, et de Iniurijs inter sub-
ditos ab utraq parte praestimonij cognoscet
et q instum fuerit decernet et finem litibus imponet

301° Continuatur Capitulum Genera-
le Die Veneris Decimâ Octobris

In praesentia Rmorum, et Rndorum dominorum
praelatorum et Canonicorum, Georgij dei gra
Luceorien, Venceslai eâdem grâ Medni-
cen Episcorum Ioannis de Domanowo Prae-
positi, Pauli Custodis Mgri Stanislai Dam-
browka Venceslai Czirka Iuris doctoris
Andreae Nadbor, Ioannis Kwiyczki Erasmi
Eustachij, Bartholomaei Cawnen et fuit
tentum in domo antedicti domini Ioannis
Kwiyczki Capituli procuratoris

302° Decretum Quittantiae D. Nadbor

Eodem die Capitulo quo supra Rmi ac
Rndi praes ut supra Ex relatione
dominorum Commissariorum facta ad rationem
dominorum procuratorum seu alterius
eorum deputatorum, Venerabili domino
Andreae Nadbor quittum decreverunt
prout in effectu praesenti decreto quietaverunt

303° Domino Rmo Luceorien Quitatos

Item eodem die et Capitulo quibus Decretum
supra, domini Capitulares unanimi Sente-
tia Rmo domino Georgio dei gra Episco-
po Luceorien de omnibus et singulis eius

debitis inquantum venerabili Capitulo per eum satisfactum fuerit, et tantia dandum decreverunt

304. Ad refectionem domorum pecuniarum desi

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rmi ac Rndi domini qui supra conspicientes nonnullas domos, de quibus eisdem quotidianae distributiones obveniunt ruinatas fuisse, eas refitiendas et restaurandas dominis procuratoribus commiserunt impensa tamen Capitulari quae debet fieri, de pecuniis antiquis Testauri Capitularis; relaxatio

305. Aurifici Hanus quatuor sexagenarum

Eodem die et Capitulo quibus supra domini Capitulares attendentes ex Hanus Aurifaber Inglinus domus muratae Capitularis dictae Clementis in eadem Balneum locaverit aedificaveritque, ad quod se quatuor sexagenas grossorum expendisse dixit per unam sexagenam grossorum singulis annis usque ad integerrimam solutionem eiusdem impensae pristi decreto mediante relaxaverunt

306. Publicatio articulorum Rmi domini Epi nri

Item eodem die et Capitulo quibus supra domini de Capitulo, quibus supra articulos per me Notarium suum Capitularem legi fecerunt, et singulariter singulis ruderunt et respondendum decreverunt, prout in litteris suarum dominationum fusius continebatur

307. Super cloaca domini Nadbor decio

Item eodem die et Capitulo quo supra coram dominis de Capitulo quibus supra venerabilis dominus Andreas Nadbor Confrater exposuit, quomodo venerabilis dominus Joannes Krzyzki Canonicus Vilnensis habito

mutuo contracto secum de ædificanda et extru-
enda communi Cloaca, mutuis impensis, in
parte posteriori muri et Restitudinis domi
Kunyczki rursus pactum et contractum ser-
vare, nō vult, et in alio loco penes Cellarium
suum ædificandam sibi nō admittit, et conten-
dit, quum tamen parietem liberum habeat
ratione ædificationis muri propriis sumptibus
Petens p dominos id quod iustum foret inter
eos discerni Ibidem dominus Kunyczki etiam
allegavit, ex propterea contendit et nō admit-
tit, quia de solo suo domus ad mensuram unius
lateris cum dimidio altero iuxta consue-
tudinem communem dimisit, et pro impensa
eiusdem sui muri sex cum media sexagenas
grossorum sibi dedit, non cuius dimissionis
~~muri~~ soli et concessionis pecuniæ liberum
murum habet, et præcipue ob hoc, q Cloa-
ca sua cellaria inficiet et eisdem nocebit
Quo audito domini facta revisione et re
oculis subiecta attento, q dominus Nadbor
habet libertatem tui parietis p eum ædifi-
cati tum et sui soli, decreverunt una-
nimi sententia et voto, Cloaca p domi-
num Nadbor penes suam domum seu
Cameram vel Cubile ædificandam et extru-
endam debere Ita tamen, ex Cloaca Ce-
lario domini Kunyczki officere nō debet, et
q non debet esse communis sed privata,
Et ibidem accersitis eisdem dominis Canonicis
Dominus Rmus Medmeren hanc decisionem
dominorum eis unâ voce retulit

1539. 8bris 10. Capitulum Gnrale autumn

308: Comissarior ad domu Sufraganei

Item eodem die et Capitulo quo supra Rmi ac Rndi prs, domi Capitulares qui supra ad querelam Rndi domi Joannis de Domanowo Praepti de et sup ademptione soli in domo Canonicali cuius possessionem vitalitatis suae domino Sufraganeo admisit per Magistrum Coquinae Rmi domi nri facta in Revisores, et Comissarios Venerabiles viros domios Venceslau Czirka Juris doctorem, Joannem Kunyczki Bartholomaeum Cawnen Confres suos deputaverunt

309: Conclusio capituli generalis

Rmus domus Venceslaus dei gra Epus Medniceen, et ad instantem petitionem Venerabilis domi Andreae Nadbor, procuratoris, omes et singulos fres citatos et Capitulo generali no interessentes in poena Statutaria condemnavit, et omia gesta et facta, firma esse declaravit Capitulumque generale in die noie coclusit

Sabbato xi octobris 310: Mansionarys Capellae Regie Inhibitio

Rmus in chro pater domus Georgius dei gra Epus Luceorien Joannes de Domanowo Praeptus, Mgr Stanislaus Dobrowka Venceslaus Czirka Juris doctor Andreas Nadbor, Joannes Kunyczki Erasmus Eustachij Bartholomaeus Cawnen Praelati et Canonici Ecclie Vilnen, ad Sacellum sanctae Trinitatis capitulariter congregati, Ibidem tractantes intra se de inordinata Missarum decantatione per Mansionarios

Capellarum et signanter per Capellanos, in Sa-
cello sacrae Regiae Maiestate, qui decantando
Missas, suis in Stallis resident quod contra
Religiosam, ac veterem consuetudinem fa-
ciunt, quum tamen in aliis Cathedralibus et hic
nonnunquam servari solitum erat, in decantatione
divinorum officiorum et praecipue missarum circa
Pulpitum eos astare debere quo magis ad de-
votum corda christifidelium concitare vide-
antur Proinde ne talia uti soliti erant ad-
mittere ~~videantur~~ deinceps possint, Rmus
dominus Joannes de Domanovo Praeceptus
de mente omnium dominorum tunc intessentium
vivâ voce et expressum Inhibuit ne
ipsi in Stallis suis astantes vel potius se-
dentes divina officia et praecipue Missas
decantare audeant sed pro cultu divinae Ma-
iestatis Missas ante Pulpitum astantes
concentibus et mille vocibus absonis, con-
cinnet, secus facturi poenâ toties quoties
trium sexagenarum grossorum irremissibiliter
fabricae ecclesiae applicandorum eos mulctan-
dos et puniendos decreverunt.

311. Domus muratae acialis per Rmum
Dominum Episcopum luceorienses realis pos-
sessionis assignatio

Item eodem die ~~et Capitulo~~ quo supra, hono-
rabilis dominus Valentinus, Capellanus Rmi
domini Episcopi luceorienses, Mandato suae Rmae
paternitatis, descendendo, cum venerabilibus
dominis, Andrea Nadbor, Erasmo Dusta-
chii procuratoribus, Capituli, ad domum

8bris 11. Sabbato 1530 Particulare.

Muratam Acialem, olim Rmi domini Epi
~~[illegible]~~ Posnanien quae extat, Capito-
lo ad praesens in ducentis quinquaginta
sexagenis grossorum obligata et de q
Rmus dominus Epus luceorien Exequu-
tor cessit et renuntiavit realem actua-
lem ac Corporalem possessionem eiusdem
domus, assignavit, Clavesq eiusdem ma-
nibus eorum tradidit ac omnem obedientiam
Inglinis demandavit, praesentibus Bernar-
do Godaszowski, Alexandro fabro Ligrio
Meq Nicolao de lomza ~~actorum~~ scriba Capli

312a Revisio Thesauri capituli

Item eodem die et Capitulo quo supra do-
mi de Capitulo Thesaurum suum Ca-
pitularem in Conclavi Thesauri

7bris 28. 1540 Autumnale 136

133

313. Capitulum generale pro festo translacionis diui Stanislai

Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo Indictionis tertia decima Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papae tertij foeliciter modni anno suo sexto celebratum, per Rmos Rndos ac venerabiles dominos Georgium de gratia Luceorien Venceslaum eadem gratia Medniscen Episcopos Joannem de Domanowo Praepositum Joannem Andreae de Valentinis decanum Josephum Jaschinski Archidiaconum Paulo Custodem Georgium Koszmyn Juris utriusque doctorem Cantorem Magrum Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czyrka Juris doctorem Joannem Benedicti Andream Nadbor Joannem Cunyczki Erasmum Eustachij Alexandrum de Pessentis Bartholomaeum Cawnen Praelatos et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Vilnen die itaque Mercurij quae fuit vigesima octaua Mensis Septembris in mane ad pulsum maioris Campanae omnes in Ecclesiam congregati et audita de Sancto Spiritu Missa in locum Capitularis intraverunt Et tandem in Conclaui existentes Venerabilis dominus Andreas Nadbor exhibita coram dominis quibus supra Citatione quae fuit in Valuis Ecclesiae publicata, omnium

1540. 7bris 28. Generale Autumnale Capitulum

et singulorum nō se pro Capitulo genera-
li repraesentantium Contumacia accusavit
in quorum contumacia iuxta morem et
consuetudinem, ad lectionem Statutorum per
me Notarium Capituli petijt procedi, et
legi. Et domini, Audito tenore Citationis
mandaverunt per me Notarium Statuta legi
quorum lecturam in tribus diebus perfe-
cerunt et nonnullos tractatus habuerunt

314. Contributionis Regiae collecto-
Iouis xxx septembris rum de Gremio capituli depu-
Rondis ac Venerabilibus dominis Joanne
de Domanowo Praepositi Joanne Andrea
de Valentinis Decano Paulo Custode, Geor-
gio Kosmin Cantore, Magro Stanislao Dom-
browka, Venceslao, Cyrka Iuris docto-
re Joanne Benedicti, Andrea Nadbor
Joanne Kuniczki, Erasmo Eustachij
Alexandro de Pessentis Bartholomaeo
Cawnen praelatis, et Canonicis Ecclesiae
Cathedralis Vilnen pro Capitulo te-
nendo Capitulariter congregatis, et
antequam ad lectionem statutorum processum fuit
cum inter alios tractatus de Contribu-
tione quam Sacra Regia Maiestas ad trie-
nium cum toto Senatu huius ducatus ad
~~triennium contribuit~~ contribuendam
laudavit et constituit, quatenus ad hanc
quam subditi Clerici debent solvere et con-
tribuere quem in Collectorem vellent eligere
de Gremio Canonicorum, quia Sacra Regia

Maiestas instat ut in tempore, colligentur
per vota et suffragia de maiori parte voti-
santium hoc recensentes ex Rndus dns
Joannes Andreae decanus, pro autoritate
sua apud suam celsitudinem poterit suas
partes interponere, quod sua Maiestas non nihil
de ipsa Contributione pro fabrica ipsius Ec-
clesiae vilem poterit impartiri, iuraque
Privilegia et immunitates Ecclesiasticas
in suo robore de non solvenda huiusmodi
Contributione in futurum conservare, et de-
super Privilegium concedere quae de re eiusdem
Rndum dominum Joannem Andreae decanum etc.
et Alterum venerabilem domini Joannem
Kunyczki, in Collectores huius Contribu-
tionis futurae pro praesenti Anno, una
nimi eorum sententia nominaverunt elege-
runt et deputaverunt ac omnem fa-
cultatem eis ut moris est concesserunt

315. Die veneris prima mensis
octobris continuatur capi-
tulum generale per Rndos ac venera-
biles dominos Joannem Andreae de Vale-
tinis decanum etc. Magistrum Stani-
slaum Dembrowka Venceslaum Cyr-
ka Juris doctorem, Andream Sladbor
Joannem Benedicti Joannem Kunyczki,
Erasmum Eustachij Alexandrum de Pes-
sentis Bartholomaeum Canonicum Praelatos
et Canonicos ad pulsum Campanae congregatos

1540. 8bris 1. Generale aut

316. Locatio domûs clementis Domino Præposito Gieranonen Scholastico

Item eodem die, et Capitulo quibusupra, domini, habitis inter se mutuis tractibus, de Insula nominata, Schichowska, quae est in districtu Camen Strzeschinen, quae per subditos Sacrae Regiae Maiestatis, ex Horwol subditis Capitularibus adimitur et ingressus eius prohibetur. Ita, q iam ad cognitionem causae ex decreto Sacrae Regiae Maiestatis ventum et terminus Comissarios educendi post festa trium Regum in octa praefixus est, Ideo unanimi sententia, Comissarios pro parte sua elegerunt et deputaverunt, vcz Nobiles viros Georgium Volczkonicz, Paulum Popyelski Vice Capitaneum de Rohaczow quibus Capitulum de Expen secundum continentia Statuti providebit

377. De eadem Insula, alia conclusio

Item eodem die et Capitulo quibusupra domini Medio Capituli relationem subditorum

1541. 8bris 3. Generale aus

referentes, ex Insula Schichowska in districto Strzeschinen sitta, non tota sit subditorum Capitularium, sed tertia pars illius tantum eâ ratione, ex subditorum Regiorum novem, et Capitularium quinque homines in illa sylva collocati erant, cuius maioritatis gratiâ Regij, multa robora seu pinos suis signis consignaverunt, quos Capitulares ad eandem sylvam sub colore cuiusdam amicitiae admiserunt, verumtamen Capitulares sylvam ex alia parte Nijepr Regiorum esse dicunt, Et Regij Capitularium, quae si recuperata fuerit nomine Regij, ~~nos~~ Capitulares ad eandem ~~ne~~ admittent, Ideo decreverunt, quod fiat concordia tali modo ut ratione maioritatis, subditi Regij in Insula Schichowska duas partes habeant Capitularium vero tertiam partem obtineant ad quam concordiam faciendam domini unanimi voto dominos procuratores ituros voluerunt

378° Continuatur capitulum generale lunae tertiâ Mensis octobris

Per Rmos, ac Venerabiles dominos Magistrum Stanislaum Dambrowka, Venceslaum Czyrka Iuris doctorem, Andream Nadbor, Joannem Benedicti Joannem Kuniczki, Alexandrum de Pessente, Bartholomaeum Carneum, Valerianum à Krayskoprelatos et Canonicos Ecclesiae Vilnen. pro tractandis Ecclesiae et Capituli negotijs Capitulo congregatos

Erasmus Eustachij

8bris. 3. 1541 Autumnale Gnrale 160 158

379 Domino valeriano ad actiom. ocone Bonorum volcza con cziskoꝝ consensus

Item eodem die, et Capitulo quibusupra Rndus dominus Valerianus, in medio dominorum de Caplo confratrum deposuit, quomodo iam accinctus de expedienda Citatione contra Nobilem domini Vassil Cziskowicz Iniuriatorem Bonorum Volcza, si suae dominationes vellet sibi in sumptibus opem ferre, hoc est, quantum attineat ad eam expeditionem gratiose concedere, et consensum ad actionem sibi fiendam praebere, domini verò, quantum ad sumptus faciendos, pro prima expeditione Citationis et mutationum suae exequutorum eius, dominum valerianum, tanquam possessorem illorum bonorum astringendum, et teneri debere. Ad alia verò iuxta continentiam statuti, Capitulum tenebitur hoc Concluso Consensum suum ad actionem futuram domino Valeriano Confratri suo praebuerunt

380 Continuatur Capitulum generale Die Martis quartâ octo.

Rmus Rndos, ac Venerabiles dominos Georgium dei gratia Epum Luceorien. Joannem Andream Decanum Ecclesiae Mgrum Stanislaum Dambrowka Venceslaum Czirka Iuris doctorem Andream Nadbor Joannem Benedicti Joannem Kunyczki Erasmum Eustachij Alexandrum de Pessentis Bartholomeum Cawnen. Valerianum

1541. 8bris 4. Gnrale autumnale Capitulum

a Kraysko, prelatos et Canonicos Eccliae Cathe-
dralis Vilnen. pro tractandis Eccliae et Capi-
tuli negotijs in domo Rndi domi Joan-
nis Andreae vacani Capituliter congregatus

381. Procuratorum ad annum futurum Electio

Item eodem Anno die et Capitulo quibusupra Rmus ac Rndi
patres, quibusupra, iam ad electionem pro-
curatorum Collectorum sive quotidianarum
distributionum distributorum procedentes
elegerunt et deputaverunt procuratores
duos, vczt, primum domum Joannem Kuniczki,
anni praeteriti procuratorem servata
Constitutione, non multis ante hac annis fa-
cta, Secundum vero domini Bartholomaeum
Canonicum adiunxerunt, tali Conditione ex
ipsi domini procuratores dabunt singulis
domus Canonicis de fundo per quindecim
sexagenas grossorum, gaudebuntque equi-
taturam more solito deinde habebunt prae-
sentiam quotienscumque in negotijs Capi-
tularibus inerunt.

382. Domino Episcopo Luceoriensi trium Quiettantiarum Decretum

Item die et Capitulo quibusupra, domini
Capitulares, qui supra, Rmo domino
Georgio dei gra Epo Luceoriensi de una-
nimi voto, et Sententia, tres quittan-
tias fore dandas decreverunt, Primam
vczt de Centum sexagenis rom Arendae
de Ponary, Secundam de Alijs Centum ma-
dato Regio, ad fabricam Eccliae Vilnen. ad

8bris 5. 1541 Gnrale autumnale 161

159

de Plebanatu Vitebleu dat, tertia, vero de ducente, quinquaginta sexagenis grossorum Altaris Gasproviis, solute, et in effectu restitutis, et hoc per procuratorem fieri commiserunt, pariter et mandaverunt

383. Continuatur capitulum venerale 1541
Die Mercurij, quinta octobris,

per Rmum Rndos, ac venerabiles viros dominos, Georgium, dei gra Epum Luceorien Joannem de Domanowo Prepositum, Joannem Andreae de Valentinis Decanum, Medicinae doctorem, Magistrum Stanislaum Dambrowka, Venceslaum Czirka, Andrea Nadbor, Joannem Kmyczki, Erasmum Eustachij, Alexandrum de Pessente Bartholomaeum Canonicum, Praelatos et Canonicos Ecclie vilnen, pro tractandis Ecclie et Capituli in domo Rndi domini Joannis Andreae doctoris congregatis et fuit tenta

384. Domino Eustachio et d. prepto vilnen de Silua ponarij robor coceo

Item eodem die et Capitulo quibus supra, domini Capitulares qui supra, Rndis ac venerabilibus dominis Joanni de Domanowo Prepto Erasmo Eustachij Canonico vilnen, petentibus et postulantibus, per una sexagena roborum de Silua ponarij ex stipite excidenda de gra concesserunt

385. Ut Cloaca demoliatur Doctori Joanni admissio

Item eodem die et Capitulo quibus supra

1541. 8bris 5. Generale Capitulum autumnale.

domi de Capitulo, quibus supra, ad querimo-
nia et expositionem frequentem Rpndi domi
Joannis Benedicti, Solfa dicti Medicinae et
Artium doctoris, Cloacam, è domo sua, quae
in parte Areae suae locata est, deijcere et
deijciendam per eum mandaverunt ac decrevit

386 **DOMINO Nicolao Marschalkowic**
Domus acialis philipo concessio

Rmo, Rpndis, ac venerabilibus dominis
Georgio Seigrã Dpo Luteorien Joanne An-
dreae de Valentinis Decano Nigro Sta-
dombrowka, Venceslao Czyrka Juris
doctore, Joanne Benedicti Andrea Nas-
bor Joanne Kuczyzki Drasmo Dusta-
chij Alexandro de Pessentis Bartholomeo
Canonen, Valeriano Notario Sacre Regina-
lis Maiestatis, Praelatis et Canonicis in
domo capitulariter Rpndi domi Joannis
Andreae de Valentinis congregatis, Ibi-
dem in medio et in conspectu omnium Ma-
gnificus dominus Nicolaus Marschalko-
petitionem, eiusdem Rpndi domi Joannis An-
dreae de Valentinis, Craconien Sandomi-
rien Praepti Decani et Canonici Vilnen
pro eo, de concedenda sibi per dominos
Capitulares domo, Aciali murata mu-
cupata philipowicz, sub Censu quot-
annali solito, Capitulo et Altaristis eiusdem
domus fundi solvendo reiteravit, Tandem
per se ididem, à suis paternitatibus po-
stulavit, submittens se cuilibet iustae

Domus.

8bris 5. in Domo. 1541. Gnrale autumnz 162
160

Conditioni, et honesto Contractui apponeu
Dtum Capitulo non ingratum, Verum favori-
bus suis, Capitulum ipsum, et singulas, eius
personas prosequeu oferens, et facta pe-
titione, Ut domi Capitulares essent in votis
suis liberiores, eundem domi foris exire pe-
tierunt, et habitis inter se mutuis tractatibus
inter alias Conditiones, quam una ex eis de dandis
Capitulo trecentis aureis per Rmum dominum
Dpum Luceorien. Exequutorem Testamenti
olim Rmi domi Tamissij Dpi Posnanien.
antedicto Magnifico domino Nicolao ex quodam
Credito per ipsum domum Posnanien. debitis gra-
de falcationis quatuor sexagenarum grossorum
ad computum viginti, de quibus Census Sede-
cim sexagenae grossorum Altaristis solvit
et residuum quatuor sexagenarum grossorum
pro reficienda domo Capitulo datur fuerit
Heri oblata, Nihilominus praetermissa eâ, ad
inferius descriptas Conditiones accesserunt, vest
primum, ex Magnificus dominus Nicolaus Mar-
schalkonicz, huic à festo translationis divi
Stanislai incipiendo, domum in suam possessionem
et dictionem, accipiet, et per diem eandem inhabitabit, in
alio festo sequentis anni, eius, annualitas perficie-
tur, et sic singulis annis continuando, dura-
te vitâ suâ, et quod infra decursum unius anni
pro duabus rathis viginti sexagenas grosso-
rum nummi et monetae, lithuanae pro festo sancti
Martini dece, et pro festo Sancti Joannis

1541. 8bris 5. Generale autumnale Capitulum.

Baptistae, alias decem, praefatus Magnificus
dominus Nicolaus Marschalkonicz singu-
lis annis ad manus procuratorum venerabilis
Capituli tenebitur solvere, deinde Capitulum
Altaristis eiusdem domus fundi sedecim
sexagenas grossorum solvet, Residuum vero
apud se conservabit, Et si dominus Nico-
laus in termino alicuius rathae supradictae so-
lutionem Capitulo neglexerit, a tempore
rathae spatium unius mensis terminum solu-
tionis habebit toties quoties id ab eo ad-
missum fuerit, Et in eventum in quem
pro una quaque ratha vel uno quoque mense
a termino rathae prorogato, Censum supra-
dictum non solverit, extunc poenis, pri-
mo excommunicationis sententijs contra eundem per
Capitulum fulminandis Pandem, et pri-
vationis domus subijcietur, ad quam contra
eundem procedetur secundum, Et Magni-
ficus dominus Nicolaus Marschalkonicz
tenebitur et obligabitur domum ipsam Re-
gulis seu Imbricibus cooperire infra
spatium duorum ad maximum trium annorum
sub privatione etiam domus, Tertium, Et
aedificia de lignis non magna quod absit
propter eventum malum ignis, in eadem
domo aedificabit, Conservabitque Georgium
Aurificem hinc ad festum paschae pro-
ximae futurum, Cui Georgius de Censu
cum debit, et sub imperio eiusdem domini
Nicolai erit, Et ita unanimi sententia
hoc conclusio, vocato praedicto Magnifico

domino Nicolao, facta relatione, per Rmum dominum, dominum
Joannem Andreae Decanum, de acceptandis
supradictis conditionibus, domus petita sub con-
ditionibus supradictis eidem concesserunt
dederunt et contulerunt prout dant conce-
dunt et conferunt realiter et in effectu. Et
ibidem idem Magnificus dominus Nicolaus ha-
bitis suis dominationibus gratiarum actionibus
plures in posterum se reddere obtulit. Ipsam
domum sibi concessam sub conditionibus su-
pradictis acceptavit, ad quas tenendas et
observandas in manibus mei Notarij Ca-
pitularis sollemniter stipulantis se se sub pe-
nis supradictis obligavit Renuntians omni-
bus exceptionibus Juris remedijs, et Cau-
telis quibus Praesentibus dominis quibusque. Mei
Nicolao de Lomza scriba Capitulari

Doctori Czyrka contra Ducem Constantynowa monitory decret 387.

Item eodem die et Capitulo quibusupra Re-
verendi patres quibusque, ad instantem
petitionem venerabilis domini Venceslai Czyr-
ka Juris doctoris, Monitorium in for-
ma solita contra Ducem Constantinowa
dandum decreverunt

Continuatur Capitulum gene-rale Die Jovis Sexta octobris 388.

Et fuit tentum in domo Rmi domini Jan-
nis Andreae de Valentinis, Medicinae
doctoris, decani quibus per Rmum Rmos ac ve-
nerabiles dominos praelatos et Canonicos quosque

1541. 8bris 6. Capitulum Gnrale autumnale

389. Rationis domi Kuniczki exhibito

Item eodem die, et Capitulo, quo supra, Coram domis, quibus supra Venerabilis dominus Joannes Kuniczki, procur. Anni proxime praeteriti, totalem et omnimodam suae procurationis rationem, exhibuit, ac comonstravit

390. Continuatur Capitulum generale veneris vii^a octobr.

per Rndos ac Venerabiles dominos, Magistrum Stanislaum Dambrowka, Venceslaum, Czirka Juris doctorem Andream Nadbor, Joannem Benedicti, artium et Medicinae doctorem, Joannem Kuniczki Drasmum Eustachij Bartholomaeum Cawneum, Alexandrum de Pessente, Valerianum a Craysko praelatos et Canonicos Ecclesiae Vilnen., et fuit tentum in loco Capitulari solito.

391. Possessoribus korzen et Strusowitze duodecim sexagenarum relaxatio

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rndi, ac Venerabiles domini qui supra, Venerabilibus domino Andreae Nadbor Joanni Kuniczki Strussowicze Nec nomine domini Drasmo Eustachij, Alexandro de Pessente korzen possessoribus duodecim sexagenas grossorum, nimirum et monetae lithvanicalium, ab eis, pro coemendo melle pro Coppa, quam habiturum erat Capitulum, cum Nobili Nicolao Valiczki ex certis rationabilibus causis, maxime

8bris 7. 154 Gnrale Autumnale 164
162

Venerabilis dominus Prasmus Dustachy
se se retulit expendisse ac erogasse, circiter
quatuor sexagenas grossorum tractandis
Testibus donarijs quo pro eis traditis, quae in
ratione sua coram domino exhibita sunt com-
perta, unanimi et concordi voto relaxave-
runt, et dimiserunt Schkowicz

392

Conclusio pro Rusione domini Czi

Item eodem die, et Capitulo, quo supra Rdi
ac venerabiles domini, qui supra, per varios
tractatus ita, cum domino Vassilone Czi-
schkowycz, concluserunt et valiczki ru-
dere tanquam eius nuntio mandaverunt ex vox
nomen, non sit in mandato suis literis Credi-
tivis per Vassilonem ad Capitulum missis de
uxoris suae scriptum, nec eius sigillum
appositum, praecipue, quum illa fuit do-
mina haeditaria Morum bonorum non licet
neque aliquid facere debere, nec aliquas dife-
rentias occasione terrarum silvarum inter Bona
et praestimonium Volcza Capitularia tum etiam
Bona ipsius Vassilonis Czischkowicz, simi-
li cognomine nuncupata ac ipsorum ab utraque
parte subditos, se habere praetendentium mo-
nere, et tentare. Et interim litteras Citatas
Regias Expedire sumptu domini Valeriani
possessoris, cit Coppam seu cognitionem Iudi-
tiariam occasione praedictorum Bonorum, quam communitas
suppeditare tenetur, ac etiam Iulianum
Regni ad lustrandum illas terras damnaque eiusdem
possessoris impensa mittendum voluerunt
conscribenda

1541. 8bris 18 Gnrale autumnale Capitulum

393. Domino Valeriano pro vna vice Mellis crudi lucratur in terra donatio

Item eodem die et Capitulo quo supra Rdi prae quisupra habentes racionem domini Valeriani ex infuturum non absque parva cura et sumpto haud modico, ad recuperacionem legitimam terrarum in praestimonio eius volcza, provenire potest, quinis spem habeant de sua donatione nil inde communitati detrahere ab eo, quod obvenire solet et ante proveniebat, ~~[illegible]~~ totum illud Mel crudum ex illis terris occupatum, littem de Czischkowycz movere intendunt pro hac nisi tantum donaverint et consesserunt, vnanimi eorum sententia et concordi voce, ad id accedente.

394. Continuatur Capitulum generale die sabbati viii^a Mensis octobris

per Rdum Rdos, ac venerabiles dominos Georgium Deigrá Epum Luceorien, Nagrum Stanislaum Dambrowka, Venceslaum Czyrka Iuris doctorem, Andream Nadbor Ioannem Kunyczki Erasmum Eustachy Alexandrum de Pessente Bartholomaeum Cawnen Valerianum a Krayszko, praelatum et Canonicum Ecclesiae Vilnen in locum solitum pro Ecclesiae et Capituli negotiis Capitularibus congregatis

395. Domini Andreae Nadbor Ratio

Item eodem die et Capitulo quo supra Venerabilis dominus Andreas Nadbor

Canonicus, Vilnen, post exactam suam pro-
curationem, fecit in Capitulo, omnimodam et to-
talem de omnibus et singulis suis perceptis ac
distributis, deq pecunia Capalium, de quibus omni-
et singulis, domini eidem tres gestantiae decreverunt

Protestatio domini Pustachy 396

Item eodem die et Capitulo quo supra Vene-
rabilis dominus Erasmus Pustachy Ca-
nonicus, sollemniter protestatus est, ex
ipse contractui vult stare et emptioni areae
per eum a Capitulo emptae satis facere, hoc
est pro illa in effectu quadraginta sexa-
genas grossorum reponere ac solvere, do-
modo literae perpetuitatis sibi tradantur.

Domino Kyniczki et domino Alexandro occon iniuriarum actualium termini concessio 397

Item eodem die et Capitulo quo supra
pra Rndi praes domini praelati et Cano-
nici, Ecclie Vilnen, Caven ulterioribus
Altercationibus, de et super homicidio sub-
diti domini Alexandri, a subditis domini
Kunyczki de praestimonio suo Korzen facto,
et perpetrato, tum etiam domini Kunyczkij
subditorum per subditos domini Alexandri
verberum inflictionem eorumque tanquam inin-
~~mal~~ riarum inter illos illatorum occon, ter-
minum satisfaciendi hincinde Reindicatae
pro qualibet partium factae infra quatuor
Hebdomadas praefixerunt, Alioq peremptorie
huic ad duodecim septimanas exequu-
tionem Reindicatae fieri decreverunt

1541. 8bris 8. Sabbato. Generale Autumnale

398. Traditio litar. ad domi Cziskowicz

Item eodem die et Capitulo quibus supra domi Rendentes ad literas domi Cziskowicz, literas sigillatas ut heri Conclusum est Nicolao Valiczki, tanq. eas iniunctio tradiderunt et manibus eius consignarunt

Korzen

399. Iniuriar. Valiczki cu subditis korzen

Item eodem die et Capitulo quo supra domi de Capitulo qui supra recensentes et animo reducentes sæpissima querimonia Nicolai Valiczki, pro iniuriis actualibus, cum subditos præstimonij utriusq. sortis korzen coram suis dominationibus habita mandaverunt, possessoribus ab utraq. parte quattenus subditi eidem se se humiles in precibus ad eum de relaxanda, eis iniuria exhibeant eundemq. reconciliatum reddant in prutia factorum, qui isthic interesse debet, et quo hoc fecerunt, Valiczki non ad pœnas nec solutionem aliquam procedere sed libenter facere debet

400. Constitutio duar. semular. dan. gr.

Item eodem die et Capitulo quo supra domini qui supra concordi sententia constituerunt et decreverunt quattenus domi procuratores pro tempore existentes singulis diebus de pecunia refectionum omnibus et singulis Canonicis præsentibus duos albos panes distribuant et det

401. Inter dominos Nadbor, et Ioannem Kuniczki Iudicum deputa

Item eodem die et Capitulo quibus supra

8bris 8. Sabbato. 1541. Generale Autumne 166
164

Rndi, ac venerabiles domi, volentes sopire ac amici-
chilare, controversias ac iniurias, inter subdi-
tos dominorum Andreae Nadbor Joannis Kwiczki
Bonorum ~~[illegible]~~ Strussowicze possessorum habit
et quocunque habitas seu exortas, decreverunt
ac mandaverunt hincinde Judices primatos edu-
cere, in locum dicti prestimonij korzeń, Ibidemque
in stuba domi Nadbor inferiori, Curiae suae locare
decreverunt, ac a partibus Judices eligere, ac hinc
in sex Hebdomadis Judicium locare mandaverunt
Primum, Venerabilis dominus Joannes Kwiczki
ex parte sua, dominos Joannem Strzeschkowski, et
Nicolaum Valiczki, dominus vero Andreas Nad-
bor, dominos Augustinum Andruschkonicz
et Georgium Piotraschkonicz elegerunt, In-
defectu vero alicuius propter aliquod impedi-
mentum legale, alium licebit, cuique eorum surro-
gare, qui cognoscent de Iniurijs inter illorum
subditos habitis, et nullus ex eisdem domis ibidem
interierit, ad quod uterque consenserunt

Dominorum procuratorum mutuum 402.

Item, eodem die et Capitulo, quo supra, ve-
nerabiles domi Joannes Kwiczki Necnon Bar-
tholomaeus Cawneu procuratores ani praesentis
consentientibus dominis de Capitulo ad impe-
sam Taberne latericidij refectionibus quo
in mutuum receperunt de pecunijs Thesau-
ri, quinquaginta et una sexagenas grossorum
quas rursus restituent ex acto Anno eorum
procurationis ad Thesaurum

Continuatur Capitulum Gene-rale Die lunae Decimâ octobris 403.

Rndi Rndos ac venerabiles dominos Geor-
gium

1541. 8bris 10. Generale autumnale Capitulum

deigrā Dnū Lucorieū, Joannem Andreae de Valentinis decanū, Mgrū Stanislaū Dombrowka Vereeslaum, Cyrka Juris doctorem, Joannē Benedicti Medicinae doctorem, Andreā Nadbor Joannē Konyzki Erasmum Eustachij Alexandrū de Pessentis Bartholomaeum Cawnen Valerianū à Kraysko praelatos et Canonicos, ecclie Vilneū, et fuit tentum in loco Capitulū

404. **Revisio Thesauri Capituli**

Item eodem die et Capitulo quo supra, domū de Capitulo, in locum, et Conclavim Thesauri intrātes eundē revidere voluerūt prout reviserunt, et rursus procuribus Capituli consignaverunt,

405. **Domī Archidiaconi pro assensu capituli ad erigendā capellā petito**

Item eodem die et Capitulo quibus supra Reverendus dominus Josephus Tassiński, Archidiaconus Ecclie Vilneū, Venens in medium dominorū de Capitulo, coram in medium adduxit, quomodo ipse animū destinatum habens, Capellam in Ecclia Vilneū ad latus penes portam seu Introitum versus septentrionem, ab una, et Capellam, dni Cazimiri ab altera partibus consistentem quam iā ex concesso, tum Regis quam etiā Rmi domū nri sibi assignatam et concessam habet extrue, reddificare et ornato interiori venustam reddē, in qua sibi funeri suo sepulturā elegit, quam iam sibi attendente gratiā, et consensu speciali Regis tum et Rmi domū sui, literae desuper eidē traditas sub sigillis obtulit, petijt, et à dominis

notta. bene.

postulavit, quo et ipsi suum consensum praebere
ad id obtinendum ~~habere~~ haud negarent. domini
vero, volentes esse deliberati negotium in diem
crastinum distulerunt

Tenor literarum Regiarum talis habetur 406°

Sigismundus dei gratia, Rex Poloniae, Magnus
dux lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samo-
githiae etc. dominus et heres etc. Significamus
tenore praesentium universis, quia Venerabilis
Josephus Jassienski, Archidiaconus vilnen.
aperuisset nobis animum suum, quem erga Ecclesiam
Cathedralem vilnen. cultumque in ea adaugendo
devoto gerit affectu, subindeque supplicasset
nobis, ut ei unam ex Capellis, ad latera templi
praefati construi ceptis suae, et peculiare si-
bi sacellum usurpare, nostro permisso liceret
quod ille suo sumptu atque opera perficere decorare
dotare, et sepulcrum funeri suo in eo ponere
atque propter animae suae salutem Beneficium
aliquod Ecclesiasticum, seu divinum officium
ad laudem et gloriam omnipotentis domini dei
fundare decrevit. Nos ipsum hunc illius affe-
ctum commendantes, lubenter sane eius precibus
annuimus et assentimur, atque designamus
ei Capellam seu sacellum, quod est situm
ad latus templi praefati inter Capellam Beati
Casimiri fratris nostri desideratissimi ~~et~~ ac inter
vestibulum seu ostium eiusdem templi, quo
fit a septentrione ingressus, Permittimusque
ipsi Josepho Archidiacono, Tusque ac potestatem
ei facimus, ut hoc ipsum sacellum per nos ei
designatum iam ex nunc seu quando volet sibi
sumat perficiat, arbitratu suo expoliri atque

1541. 8bris 10. Generale autumnæ Capitulum

adornari faciat, sepulcrum sibi in illo ponat
Beneficium ecclesiasticum fundet, ac officium di-
vinum, quod ei devotio sua in deum sug-
gesserit autoritate ordinarij Institui
curet Censuq; sumpto, vestibus, vasis
sacris, atq; alijs ijdgenus necessijs rebus
Instruat dotetq; quo ex inde et decor
templi, et cultus divinus, et gloria
atq; laus omnipotentis domini dei cumulatiq;
multiplicetur, Ad quod quidem Bene-
ficium ecclesiasticum in dicta Capella
eum fundandum præfatus Archidiaco-
nus fundator in vita sua personam
idoneam, quoties opus fuit Tiberè se-
per præsentabit, Post fata verò sua
Inspatronatus, dicti Sacelli, et Beneficij
præfati, ad fratrem illius germanum Genero-
sum Albertum Tassyenski Pincernam
nostrum, Postea verò successivè, ad
alios consanguineos et propinquiores
devolvetur, aut ad eos, penes quos illud
permanere fundator ordinaverit, Id quod
vobis Rndo in Chro pri domino Paulo
Ppo ac Prælatæ Canonicis, et Universo
Collegio Capituli Vilnen modernis, et
pro tempore existentibus denuntiamus
ac ad vram Notitiam deducimus, Hor-
tantes vos, ut quantum vra interest
ad hoc tam pium ac laudabile opus a Ren-
sum etiam vestrum eidem Archidiacono
præbeatis, et Capellæ præfatæ possessionem
actualem ei consignetis, amodoq; ac volun-
tates vras, ad hanc nram, in hisce lris

nostris expressam voluntatem accomodetis. In cuius
rei testimonium sigillum nostrum est subappen-
sum, datum Vilnae die sancti Hieronymi con-
fessoris gloriosi, Anno domini Millesimo quin-
gentesimo quadragesimo primo, Regni vero
nostri Anno trigesimo quinto, Sigismundus
Rex Pol.

407

Tenor literarum Episcopalium talis habetur

Paulus dei gratia Episcopus Vilnensis et dux Olschanensis
significamus tenore praesentium quibus expedit
universis et singulis presentibus et futuris ha-
rum notitiam habituris, quia ad plenum
edocti essemus Reverendum dominum Josephum
Jassienski Archidiaconum Ecclesiae nostrae Cathedra-
lis Vilnensis, nostrumque Thesaurarium bene-
meritum sacellum in Ecclesia praefata nostra Vilnensi
penes sacellum divi Casimiri in ibidem usque
ad portam viam sanctae Annae demonstrantem
noviter extinctum ad laudem et gloriam
omnipotentis dei et sanctorum eius, certis or-
namentis picturis et dotationibus, Casulis
Calicibus Antependiis et caeteris reliquiis
sanctorum, dotare, et pro posse adornare
velle, et in animo constituisse, quare ipsius
tam pium, et salubrem institutum in
domino commendantes, considerantes etiam,
quod eiusdem domini Archidiaconi Regimine
Gubernatione exemplaritate et industria
hoc ipsum sacellum bene poterit esse, ecclesia-
sticis ornamentis provisum, et dotatum
sibi, Divisque dispositioni curae, ad consan-
guineorum et propinquorum eiusdem praedictum

1541. 8bris 10. Generale autumnale Capitulum

Sacellum, penes divum Casimirum, ad Septe-
trionem, via perpetua et inviolabilis dona-
tionis, dedimus donamus et largiti sumus
ac ex nunc prout extunc, tam damus do-
namus, et in perpetuum conferimus in rea-
lem et actualem predicti Sacelli Intromis-
sionem et administrationem atque pro eius arbitrio
adornationem habendam et manutenendam Con-
sensu tamen speciali Sacrae Maiestatis
Regiae domini nostri clementissimi ad id accedente
Poterit in eodem Sacello praefatus dominus
Archidiaconus, altare seu quitpiam aliud fun-
dare, et dotare Iuxta eius zelum et devotionem
quam Arbitrio eius relinquimus In cuius rei
Testimonium Sigillum nostrum praesentibus e
impressum, cum propriae manus subscri-
ptione, Datum Volpae quatuordecima Mensis
Septembris, Anno domini Millesimo quinge-
tesimo, quadragesimo primo Pontificatus
Episcopus Vilnensis etc.

408. Continuatur Capitulum generale Martis XI Octobris

Reverendos Reverendos ac Venerabiles, do-
minos Georgium Seigrum Episcopum Luceoriensem
Joannem Andreae de Valentinis
Magrum Stanislaum Dopembrowka Vence-
slaum Gizka Joannem Benedicti, An-
dream Nadbor Joannem Koniczki Era-
smum Eustachij, Alexandrum de Pessen-
tis Bartholomaeum Canonicum Valerianum a
Krayske praelatos, et Canonicos Ecclesiae Vil-
nensis, et fuit tentum in loco Capitulari

8bris 11. 1541. Gnrale Autumnale 359 167

Pro domino Archidiacono maioris sigilli literarum ad capellam appensio 409.

Item eodem die et Capitulo quibusupra Rndi ac Venerabiles domini quisupra inspecta concessione Sacelli Rndi domini Josephi Jassinski Archidiaconi Vilnen. ex contexto litterarum, satis sufficientem per Regiam Maiestatem simul ac Rmum dominum Epum sibi factam hac aliis quoque rationabilibus causis permotti Ratham et grattam esse voluerunt, ac concordi voto, literis ipsis sigillum maius Capitulare appendendum decernerunt et mandaverunt in effectu.

Pecunie restitutio domino Nadbor per domini Krmiczki 410.

Item eodem die et Capitulo quibusupra Venerabilis dominus Joannes Krmiczki, Canonicus Vilnen. satisfecit et in effectu persolvit Centum grossos lithuanos, quos a subditis ex Strzeschin, mutui sui et Venerabilis domini Andreae Nadbor Canonici Vilnen. habitos et receptos, eidem domino Andreae Nadbor, quos ab eo nunquam sub sui obtestatione habuit neque tulit.

Conclusio Capituli generalis 411.

Item eodem die et Capitulo quibusupra Venerabilis dominus Joannes Krmiczki procurator de more et consuetudine solitus petiit Capitulum generale concludi. Et omnia acta facta, dictaque firma et inviolabilia esse decerni, ac omnes et singulos fratres, citatos et non comparentes in poena statutaria condemnari, et domini

1541. 8bris 12. Particulare Capitulum

qui supra, per Rm dominum Georgium, de ipsa Dominum Luceorien. ut et tanquam praesidentem Capitulum Generale concluserunt, Et omnia in eo facta acta gesta ac sanctita firma et robur habentia decreverunt, et omnes absentes in poena statutaria contumaces pronuntiatos condemnarunt

412° Concordia Dominorum Eustachy et Alexandri occone Korzen

Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo, die Mercurij duodecima octobris Rndi, ac Venerabiles domini Erasmus Eustachij Alexander de Pessentis Canonici Vilnen. et praestimonij Korzen possessores, divisioni per dominos Comissarios facta ac decretis dominorum de Capitulo inhaerentibus, de unanimi eorum voluntate in aedificijs iam divisis et loci assignatione, tale ordinationem inferius descriptam esse inter se voluerunt, Imprimis dominus Alexander, pro locatione sui aedificij seu Curiae cum toto respectu antiquae Curiae locum seu terram, in quo subditus domini Eustachij dictus Zolnierz, sitt habet habebit, si vero non in tanta quantitate Curiae erit locus, adiungetur sibi de hortu quovis alio, hoc tamen proviso, si de hortu subditi sui, extunc ex terra indivisa subdito recompensabitur domino vero, quae domino Alexandro ex divisione cessit, subditi utriusque partis debent transportare, sepibus sepire et reaedificare deinde omnia, quae sunt domini Alexandri

1541

170

168

subditi utriusq; partis, insimul debent transportare,
Respectu vero Stubæ

8bris 4. propt Synodum 27. 7bris inchoatum 1542 Generale autumnale 1571

Anno Domini Millesimo Quinge-
tesimo Quadragesimo secundo 413°

169

Indictione, quinta, decima, Pontificatus sanctis-
simi in Chro patris et domini nri domini Pau-
li divina providentia Papae tertij feliciter
modni, Anno suae sanctitatis octavo, Ca-
pitulum generale pro festo Translationis
divi Stanislai celebrandum fuit intimatum
Pandem, per Rndos dominos, Venceslaum
Czirka Iuris doctorem, Andream Nadbor
Joannem Kmyczki Erasmum Kmyczki Pro-
stachij, Bartholomaeum Cawneum, Canoni-
cos Ecclie Cathedralis Vilnen, ex pro-
rogatione, propter Synodum diocesana
ad hoc ipsum festum indictam, ac per Rdum
dominum Epum Vilnen cum Universo cle-
ro celebratam facta, ad diem Mercurij
quartam octobris continuatum, et in do-
mo venerabilis domini Joannis Kmyczki
procuratorem celebratum, ubi dnus Kmycz-
ki producta citatione, accusata contumacia
omnium citatorum et non comparentium petijt, ad
celebrationem Capituli generalis procedi, et
de consuetudine ac more ad omnia facien-
da procedendum mandari. Ibidem domini Audito
uno statuto per me Notarium eis lecto, ne
moram pati videantur, ad actus oppor-
tunos processerunt

Occon. prati in ponary decisio 414°

Item eodem die, et Capitulo quibus supra

1542. 8bris 4. Generale Autumnæ Capitulum.

Coram domis de Capitulo, quibusupra honestæ Anna et Hedvigis, opidanæ seu Incolæ Civitatis Vilnen, filiæ olim Barthkonis de Ponary subditi Capituli Vilnen, contra honestum Budzwilo, subditum etiam Capituli de ponary, proposuerunt verbo in eum, effectum, vczt, ex quum, ipsæ existentes, Igitimæ hæredes, dicti Barthko citra, Agros, terras, prata, dominorum Capitularium fundi, in Ponary, quorum idem Bartholomæus, dum in humanis agebat in possessionem ac usufructu erat de quodam Prato dicto Mikolayowczyzna, per olim Rymdzis germanum Bartko, patris illarum, apud quendam Nobilem Nicolaum, pecunia propria conquisito, Incuius possessionem, et ipse Barthko tanquam ex successione post vitam functi Rymdzis, germani sui erat, excluduntur nec ad proprietatem illius ut et tanquam Iure naturali ad eas concernentem per eundem Budzwilo, admittuntur Petentes, ut hocipsum Pratum, per dominos illis adiudicaretur, et in possessionem ac usumfructum illarum concederetur. Ibidem honestus Budzwilo astans dixit, ex quibus, ijdem mulieres, Anna et Hedvigis, sunt filiæ Naturales ipsius Barthkonis

8bris 4. Generale 1542. autumnale Capitul. 152

170

Nihilominus, iam pridem, de fundo Bonorum
Capitularium dictorum Ponary, se se aliena-
verunt, et in aliam ditionem se se transtule-
runt, ipse vero Budzwilo immediate, post
vitam functi olim Rymdzis, per Bartholo-
mæum, tanquam ad onera, servicij consueti
domus Capitularibus, minus validi, quam
susceptus et admotus et quasi arrogatus
fuerit, à tot annis existens possessor
~~Bo~~ Morum agrorum Pratorumque nemine sibi auxi-
liante, servitia solita Capitulo indies
præstabat, et ad præsens præstat, quapro-
pter, ipsis mulieribus petijt silentium
perpetuum imponi, seque ac suos succes-
sores in pacifica dicti Prati possessione
conservari. Domini vero qui supra, audi-
tis ipsarum partium propositis et respon-
sis, unanimi voto et concordi senten-
tia, decernerunt, et in eundem modum senten-
tiaverunt, ex eo quo ijdem mulieres de
fundo eorum Ponary se alienaverunt, in
aliam vero Jurisditionem et dominium
transtulerunt, paterque Marcum Bartho-
in pratum, quod olim Rymdzis Jure ~~Ma~~
~~tur~~ emptitio à Nobili Nicolao conquisi-
vit, successit, denique idem Budzwilo assum-
ptus in usu et possessione tum Agrorum
et illius Prati est, quod Jure communi
et huius patriæ ad dominos fundi spectat

1542. 8bris 4. Generale Capitulum autumnale

et pertinet, ipas, ~~ipa~~ mulieres, nihil, pro
prietatis, in eodem prato habere volue:
runt, verum eundem Budzwilonem, cum
suis successoribus, in possessione usu
fructu predicti conservarunt, ac atte
ta alienationes pontaneâ mulierum de fun:
do Bonorum Capitularium, occasione huius pra
ti, quod Iure cedit, ad proprietatem
dominorum Capitularium, eisdem silentium
perpetuum imposuerunt, pruti decreto
medente, prutibus domus quibusupra. Et

415 Continuatur Capitulum gene:
rale Die Iouis quinta octobris

per Rndos, ac venerabiles dominos, Ven:
ceslaum, Czyrka, Andream Nadbor, Io:
annem Kuniczki, Erasmum Eustachij, Bar:
tholomaeum, Cawneum, Canonicos Ecclie vil
neum, et fuit tentum et habitum in do:
mo Venerabilis domini Ioannis Kuniczki

416 Concessio Domus in platea Se:
34 rokiski in Emphiteosim d. Eustaco

Anno die Mense eisdem, quibusupra ve
nerabilis dominus Erasmus Eusta:
chij Canonicus vilneum, in medio dominorum
exposuit, quomodo, ipse habens, primam
domum ligneam, in possessione sibi tradi
tam, in eadem conditione, non parvam fecit
et melioravit, puta domum ligneam hand
non parvo sumptu, in eadem extenxit. Et

procedente tempore, alterā, Aerialem quam nūc
inhabitat, occurrente vacatione ex optione cō
sequutus est in qua etiā Bonā Conditionē fecit
hoc est nānulla, ædificia, murata, in eadem
locavit ædificavit, et muro magno in parte
circumdedit, quia tamen, cernens, pro
eius Conditionē fore sibi Augustam, pe-
tijt, à domīs, quo sibi domū penes, So-
phiam Puschkarka, a lena parte, ver-
sus Molendinū Regiū in Viso Seroikisky
consistentem in Emphiteosim durāte
vitâ suâ sub Censu annuo duarū dua-
rum sexagenarum dare dignarentur. Et
domi vero attendentes, petitionē domi
Eustachij instam, et rationi consonā, eō
q illa domus, in minori parte post eius
incinerationē est reædificata, præcipuè
etiā habentes rationē humanitatis, eius-
dem domi Erasmi Eustachij, quā erga
singulas personas de Capitulo gerit Una-
nimi Sententiâ et Concordi voto domū
præpetitam in Emphiteosim, eidem do-
mino Erasmo Eustachij et confratri suo
sub Annuo Censu quotannali ad tempo-
ra vitæ suæ, dederunt, et concesserunt
tali sub Conditione ex si in ea Cellarium
et Stubam de muro extruxerit, liberū
à solutione Census annui, esse voluerunt

1542. 8bris 5. Generale autumnale Capitulum

Verum, si in ea, ædificā de lignis ædificaverit
extunc ad solutionē duarum sexagenarū
Grossorum, quotannis erit astrictus, et
obligatus, pro festo sancti Stanislai Trās-
lationis, procuratoribus nrīs, quo audito
dominus Erasmus Eustachij habitp grā-
rum actionibus, eidē conditioni acquievit Præ-
sentibus domīs Venceslao Cyrka, Tam
Iuris doctore Andreā Nadbor, Ioanne
Krmczki Bartholomeo Cawneū, Capit Ca-
nonicis capitulariter in domū domū Io-
annis Krmczki in Capto gnali cōgrega-
tis Meq Nicolao de Loza Scba Capituli.

7bris 1. Dominicâ. 1543 Particulare Capitulum 172

417a Hic annus et Indico mutantur constitutó Sulha in factorem

Die domini ~~[illegible]~~ prima [illegible]

Rndis ac Venerabilibus dominis Georgio de Gorbrnarij Epo Luceorien Magro Stanislao Dambrowka Venceslao Czyrka Iurium doctore Ioanne Kw Strze nijczki Erasmo Eustachij Bartholomeo Ca Szyn wnen Canonicis Ecclie vilnen sub hora vesperorum Capitulariter congregatis Remittentes et absolutos subditos suos Strzeschynen ab ulteriori mora volentes ac quum hoc tractantes per factor in Strzeschin iam nó habeatur tractantes quem vellent constituere qui dum Schulha per procuratorem domini Nadbor nominaverunt eundemque ibidem in procuratorem seu factorem constituere voluerunt omnium a Nemo est deputatus sub hac conditione quod de Taberna et Nanigio debet anno futuro solvere quinquaginta sexagenas Et ibidem Schulha astans et rathum habens nihil dixit sed tacite inde abijt

418a Ad elaborandum pinos et alios arbores subditis de Lamyenyecz termini prorogatio

Item eodem die et Capitulo quo supra domini quod supra ad relationem et querimoniam laicorum subditorum omnia robora arborum et pinos per alios consignatos et non elaboratos quod cum pinditio subditorum aliorum velle idem faciendorum fit terminum trium annorum omnibus et singulis

1543. 7bris 1. Dnicā. Particulare Capitulum

talia robora seu pinos signatos habentibus prefixerunt quatenus vult ipsi ea elaboret aliqui de talibus domini eqtantes Mandato domiorum dispositionem habebunt presentibus domis qbusupra. etc

7bris 31. 1544 Autumnale. 175 173

419° Capitulum generale pro festo trans-
lationis diui Stanislai in Autuño
celebratum, Anno domini Millesimo quin-
gentesimo quadragesimo quarto Indictione
secunda Pontificatus sanctissimi in chro pa-
tris et domini, domini Pauli, diuinâ prouiden-
tiâ Papæ tertij foeliciter moderni Anno
eius decimo die vero Martis, vltimâ
Mensis Septembris in loco Capitulari et
Conclaui solitis, ad pulsum maioris
Campanæ, per Rndos, ac Venerabiles do-
minos Magistrum Stanislaum Dembro-
wka Venceslaum Czyrka Andream Nad-
bor Joannem Kmiczki Bartholomeum Ca-
wneum Canonicos Ecclesiæ Cathedralis vilnen
congregatos, Ad cuius celebrationem proce-
di Venerabilis dominus Joannes Kmiczki pro-
curator, de more et consuetudine, produ-
ctâ Citatione, per Edictum publicum Exequu-
tâ, et accusata contumaciâ omnium et singu-
lorum citatorum et non compentium per dominum
postulauit, ac petijt et per domini de Caplo-
prium ad Lectionem Statutorum Tandem Suc-
cessiuè sequentibus diebus ad omnes actus
et decreta procedere voluerunt et proces-
serunt Statutaque infra Biduum in lectione
earum absoluerunt

Continuatur Capitulum generale 420°
Die Jouis secundâ Mensis octobris

1544. 8bris 2. Generale autumnale Capitulum
et fuit tentum, per venerabiles dominos Ma
gistrum Stanislaum Dambrowka Vence
slaum Czirka Iuris doctorem Andream
Nadbor Ioannem Konyczki Prasmum Eu
stachij Bartholomeum Cawnen Canonicos
Ecclesiae Cathedralis Vilnen ad solitum lo
cum pro tractandis Capli negotijs capi
tulariter congregatis, petita absolu°
421 subditorum Strzeschmen de no
imponendis nouis exactiombus,
Item die, et Capitulo quo supra venientes
in medium dominorum de Capitulo, quorum
supra, subditi Capitulares districtus
Strzeschmen, nomine Ostroschko Sywko
Takny Iwan Romanowycz Marczin
tanquam Nuntij à toto ~~Perritorij~~ Perrito
rio missi, quorum et suo nominibus co
ram suis dominationibus exposuerunt
quomodo, nonnulli fratres domini Equitantes et
eorum seruitores dum isthuc ad eos mit
tuntur, nouas exactiones in eos impo
nunt Tributa non secundum Antiqua Regestra
et inconsuetas, ~~eis~~ ab eis percipiunt, pro
pter quod illis humiliter supplicarunt
quo illi secundum antiquam consuetudinem
conseruarentur, et ad nouas et inconsue
tas collectas minime inducantur. Et domini de
Capitulo attendentes petitionem eorum fore dignam
unanimi eorum assensu mediante decreto eorum
circa Antiquam consuetudinem eos conserua

re voluerunt, prout conservant, Ita q ipsi debent solvere datios nras secundum Antiquam consvetudinem et Regestra Antiqua nra, Ac hinc inantea, nullas novas impositiones, ad solvendas nras datios seu Tributa habituri sup quo nras literas eis nro sub Sigillo concessis

422 Electio procuratorum sive quotidianorum distributorum ad annum futurum

Item eodem die, et Capitulo quibusupra Rndi patres domini de Capitulo, qui supra tractavi de Electione procuratorum, Anni futuri, Considerantes neminem, alium quempiam, ad ea obsequia obeundum preterquam dominum Joannem Kunyczki procuratorem anni proxime preteriti, qui se in sua procuratione fidelem tum et satis diligentem gessit, Ita q ipse in proventibus et rebus Capituli administrandis, comodum se prebuit, propterea, cernentes pro hac vice neminem fore idoneiorem, et utiliorem, eundem in sua procuratione ad annum sequentem perdurare voluerunt Et in procuratorem anni sequentis elegerunt denique inhaerentes prioribus constitutionibus ante hac factis, de consensu speciali eiusdem domini Joannis Kunyczki, eidem in Collegam venerabilem domini Venceslaum Czirka adiunxerunt et deputaverunt, quiquidem domini procuratores daturi sunt de fundo singulis dominis tam praesentibus qui absentibus per quidecim sexagenas grossorum mui

1544. 8bris 2. Capitulum Generale autumnale

et monete lithvanicalium, Ipsique domini Procuratores gaudebunt, Equitaturâ et provenientibus ex antiquo et more solito provenientibus et spectantibus. Necnon quoties in rebus Capitularibus ituri sunt semper presentia habituri sunt, et non aliter nec alio modo

423. Continuatur Capitulum generale Die veneris tertia Mensis octobris

per Rndos venerabilesque dominos Mgrum Stanislaum Dambrowka Venceslaum Ozirka, Andream Nadbor Joannem Kunyczki Erasmum Eustachij Bartholomeum Canonicos Ecclesiae Vilnen. et Auditâ Missâ mox se ad domum Venerabilis domini Joannis Kunyczki procuratorum contulerunt ab eoque suae procurationis Rationem fieri petierunt, quae licet fuerit facta, tamen non conclusa, eodem die, propter certas Causas existit,

424. Continuatur Capitulum generale sabbato quarta Mensis octobris

et fuit tentum et habitum in loco, et Conclavi solito, horâ solitâ per dominos Praelatos et Canonicos quos supra

425. Domino Andreae Nadbor iudicatio prntiae ad

Item eodem die, et Capitulo quo supra Venerabilis dominus Andreas Nadbor Canonicus, In medio dominorum deduxit, quomodo dum ipse agebat, Equitantem simul cum domino

8bris 3. Gnrale 1547 Autumnae Capitulum 177 175

cum domino Bartholomaeo Cawnen, pro colli-
gendis fructibus et proventibus Capitula-
ribus in Russiam, ex decreto in certo Capi-
tulo generali facto, procuratoribus sive Equi-
tantibus praesentia, omnium servata et decreta
est, quoniam sub eo tempore accidit dominum Nad-
bor absentem a Civitate Vilnen esse, et fu-
nus olim Magnifici domini Joannis Zabrzesin-
ski, est sepulturae commendatum, ubi domini de
Capitulo rone processionis, et Conductionis
funeris, certam summulam perceperunt
et inter praesentes diviserunt, dominus vero
Nadbor, simul et dominus Bartholomaeus, suis
portionibus frustrantur, nec soluti, per do-
minos procuratores habentur, propter quod
petiit sibi Justitiam administrari, et sortem
dandam sibi decerni, Et domini per vota, et su-
fragia attendentes eiusdem domini Nadbor
petitionem dignam decreverunt, domini Nadbor
et dominum Bartholomaeum praesentia eadem
qua et caeteri fratres praesentes gaudebant gau-
dere, et solutos quantum ad unum quemque
spectat de pecunia refectionum fore, ex
quo illa rone funeris percepta inter fratres
praesentes est sortita et divisa per dominum
Joannem Kwijezki procuratorem.

426

Die lunae sexta Mensis octobris Con-
tinuatur Capitulum Generale
per Rndos ac Venerabiles dominos Mgrum

1544. 8bris 6. Generale Capitulum Autumnale.

Stanislaus Dąmbrowka Venceslaus Czyrka Juris doctorem Andream Nadbor Joannem Kuniczki, Erasmum Eustachij Bartholomaeum Cawneum Canonicos Ecclesiae Cathedralis Vilnen. ad pulsum maioris Campanae pro tractandis Ecclesiae et Capituli negotijs Capitularit. congregatos et fuit tentum de more et consuetudine

427. Consignatio pecuniae per Domi Kuniczki Thesauri Capitularis

Item eodem die et Capitulo quibus supra venerabilis dominus Joannes Kuniczki procurator Capituli, semoto omni calculo et ratiocinatione, iuxta fidei suae integritatem commonstravit et consignavit pruti et numerata pecunia pecuniae excrescentiarum Capitularis, de et super omnibus et singulis proventibus undecumque obvenientibus Capitularibus, vicit centum quadraginta sexagenas num. et monetae Lithvanicalium, quas domini ad Capitulare conservare et deponere mandaverunt, Cistam. Praeterea retulit se adhuc in lateribus non exusto et debito habere circiter quinquaginta sexagenas grossorum num. et monetae usualium, eas se submittit et obligat dum eas colliget Venerabili Capitulo in effectu solutarum Renuntians omnibus exceptionibus Juris remedijs quibus denique restabant sedecim sexagenae omnium dimidia, quas dominus Kuniczki servitoribus Capituli tenetur exponere, et alijs debito satisfacere.

1544. 8bris 6. Gnrale 1544 Autumnus 178

Quittationis pro domino Kunczki pectur 428°

Item eodem die, et Capitulo, quibus supra, Venerabiles domini, Capitulares quibus supra, post depositionem et restitutionem pecuniarum, pro domino Kunczki, factam, eundem de omnibus et singulis perceptis et distributis suae procurationis, anni proximè praeteriti in toto, quietandum duxerunt, prout quietant ac in effectu liberum pronuntiant, et literas desuper necessarias sibi concedunt praesenti decreto mediante. 176

Refectionum ratione praesentiae domino Bartholomaeo per dominos. concessio 429°

Item eodem die et Capitulo quo supra, Venerabilis dominus Bartholomaeus, Canonicus, Canonicusque Vilnensis, post repositionem et solutionem triginta sexagenarum grossorum, ratione Arendae Anni proximè praeteriti, de Taberna, Advocaciali debitarum, tum, et defalcationem illius expositorum, Refectiones rationes suae praesentiae, retentas, attento, quod eidem, in proximè praeterito Capitulo generali fuit decreta et reservata, eidem domino Bartholomaeo Canonico, solvere, à procuratoribus mandavit.

Innovatio Arendae Tabernae ad vocati 430°

Item, eodem die et Capitulo quibus supra Reverendi ac Venerabiles, domini, de Capitulo qui supra, in prospectu habentes, quod Taberna, Advocacialis dicta Spingla, speciali provisore ac Administratore indigeat, eo quod Perraeses,

1544. 8bris 6. Generale autumnale Capitulum

Agri nonnulli illius ab extraneis sunt, adeo
pt. tum, q etiam, non bene in suis aedi-
ficijs est consumata ea ratione permuti
eandem Tabernam, cum omnibus eius Agro
Praediolo, alijsq omnibus et singulis, proven-
tibus quomodocumq spectantibus, Tuo-
vam Arendam Venerabili domino Bar-
tholomaeo Canonico, Confratri suo Rursum
in Arendam huic ad Triennium continu-
andam pro viginti sexagenis grossorum
mi; et monetae Lithvanae communiter cur-
rentis, quas solutura est singulis ~~capi~~ anis
Venerabili Capitulo, pro festo transla-
tionis divi Stanislai in effectu, dederunt
ac concesserunt, prout dant et concedunt
Ea tamen Conditione apposita, q dominus
Bartholomaeus Canonicus, ipsam Tabernam
in eius aedificijs, debet reficere et Instau-
rare, demum eam ab omnibus Iuniorijs
manutenere ac defendere, Verum si ali-
quam impensam, pro quapia Re Capitulo
utili fecerit ~~est~~, domini de Capitulo illa
ad rationem illius summae excepturi sunt
Et quia dominus Bartholomaeus Canonicus
circa aedificia, illic frequens debet esse
omnium praesentiam sibi reservavert, et non
alio modo nisi dum ibidem interfuerit, sibiq

7bris 7. Capitulum 154 4. Generale autumn 179

177

suae interessentiae, dies et tempora notaverunt quod suae conscientiae domini de Capitulo reservare, voluerunt,

431.

Continuatur Capitulum generale die Martis septimâ Mens. octobr.

per Rndos, ac Venerabiles dominos Nigrum Stanislaum Dombrowka Venceslaum, Czirka Juris doctorem, Andream Nadbor Joannem Kunyczki, Erasmum Eustachij Bartholomaeum, Canonicum, Canonicos Ecclesiae Vilnensis et fuit tentum, de more et consuetudine

432. 36.

Dimidiatio duarum sexagenarum super censu domus in Emphiteosim D. Erasmo Eustachij confratri suo datae

Eodem die et Capitulo quibus supra, Venerabilis dominus Erasmus Eustachij Canonicus Vilnensis, in memoriam dominorum de Capitulo reduxit, quia dum hinc ab annis tribus domus Capitularis, penes Sophiam Puskarka sitae, eidem in Emphiteosim sub Censu annuo gratiose concessa est, scilicet duarum sexagenarum grossorum, numerum et monetae lithvanicalium, quam ipse in Aedificijs melioravit, et reaedificavit, nonnullasque impensas fecit quas ad summam haud parvam estimare potest. Proinde a dominis petijt et postulavit, quatenus domini duas sexagenas dimidiarent, et Censum unius sexagenae grossorum in eadem domo constituerent, quo audito domini de Capitulo

1544. 8bris 7. Generale Autumnale Capitulum

inspecto, ex domino Erasmus Eustachij Canonicus et Confrater, in ipsa domo meliorem Conditionem quam ante hac fuit fecerit, ad solutionem unius sexae grossorum tantum hinc per quinquennium singulis annis pro festo translationis divi Stanislai astrictum et obligatum, pruti decreto mediante voluerunt.

433° 37° Domino Erasmo Eustachij unius sexanae Roborum de sylua ponarij prius concessorum, pro quocumque arbitrio convertendorum, libera admissio

Item eodem die et Capitulo quibus supra venerabilis dominus Erasmus Eustachij Canonicus et Confrater, in Reminiscentiam dominis de Capitulo deduxit, quomodo hinc ab aliquot annis, in Capitulo generali, una sexana Roborum ex stipite excidenda de Sylua ponarij, pro Structura domus Aedialis murata quam ipse nunc possidet, fuerit sibi, per dominos de Capitulo concessa, Et quoniam illa Robora pro domo et Signis minus idonea videbantur, eo cogebatur ipse, aliquot denis sexagenis et alia, ad ipsam Structuram coemere petijt, a dominis quo illa ad alium quempiam usum privatum, in quem ipse vellet commutenda decernerent Eique liberum Arbitrium darent, et concederent Et domini eo permisti, quod dominus Erasmus Eustachij pro Structura

Roboreum, illius domus sue murate, plus maiorem Impensam fecit, unanimi voto tollendi, exsidendique ipsa Robora, prius Concessa eidem, domino Erasmo Fusthachij, liberum arbitrium, concesserunt, ac quo vellet committenda pro eius voto, facultatem concesserunt, pruti decreto medante.

Anniuersarij Domino Erasmo Fustachii in Domo murata aciali, quam possidet iusta constituto

434 38

